Gurij

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 G
35

BREVIS TRACTATVS DE IVRE ELIGENDI Miniſtros Eccleſiæ, ET PRÆSERTIM SVMMVM PONTIFICEM.

In quo ſacrę Scripturę, traditionum conciliorum Eccleſię Sanctorum Patrum, necnon hiſtoriarum auctoritatibus fides Catholica defenditur, & explicatur.

AVCTORE F. IOAN. PAVLO DONATO, Carmelitano, Theologo Bononien.

Et in Cathedrali Caſalen. ſacræ Theologiæ Lectore Publico.



FERRARIAE, Apud Victorium Baldinum.
Impetrata à Superioribus venia. 1582.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VESPASIANO
GONZAGÆ
COLVMNAE

IN MAGNA ITALORVM DYNASTIA,

Sablonetę Duci Excellentiſsimo
& humaniſſimo Principi

Antiquis Heroibus coæquando fide pietate religione ortodoxa celeberrimo Domino ſuo colendiſſ.

F. IOAN. PAVLVS DONATVS
Carmelita. S. P. D.

ETsi de innata illa tua Excellentiſs. Veſpaſiane apudque omnes peruulgata humanitate atque clemētia mihi videar oĩa poſſe polliceri, quę ab optimis ac prudentiſsimis Principibus viro Religioni adſcripto ſunt expectan

da, ex eo tamen quòd frequen
tiſſime cuique optime in qua-
libet ſcientia præcellenti, vt ſci
licet eius ſcripta carpantur ac
villicentur, euenire ſolet cùm
facile futurum ſperarem labo
rem hunc meum & ſi candido
ſuſceptũ animo fore qui mor-
derent & inſectarentur, non
ſubticendum putaui cur con-
ſtantiſſime ab ipſo operis ini-
tio in ea perſeuerauerim opi-
nione, vt tuo potiùs ſub augu-
ſto nomine quàm eccleſiaſtici
principis ederetur in Lucem.
Nec me latebat mihi de iuriſ-
dictione diſſerenti multos for
te cùm ſtomacho obiecturos
proprium hoc Iuriſcõſulto-
rum non etiam Theologi mu-
nus vocitari. Ego tamen longe
à Lyſandro recedens qui veri-

tatem

tatem nihilo mendacio melio
rem & iuſtè vulpina pelle vti
poſſe vbi Leonina non ſuffi-
ciebat affirmare auſus eſt, iux-
ta Diui Petri ſententiam ho-
rum omnium cauſas in mediũ
proferam. Cum in te Illuſtr.&
Excellentiſs.Princeps veram re
ligionem cum ſeculari impe-
rio arctiſſime cumulatam qui-
nimo emulam Platonici illius
Androgini ab omnibus intel-
lexiſſem cur mihi non perſua-
derem alterũ te Aegiptium ſa-
cra ac profana moderantẽ me
vrgeri : hoc tibi opus, vt nulla
mora interpoſita cõſecrarem?
In aliud vero tempus reijce-
rem tenuis aquæ riuulo Ocea-
num locupletare vaſtiſſimum?
Quid verò ſi præſentium tem-
porum reſpiciamus infelicita-

tem dum ab impijſſimis hæreticis paſſim omnia peſſundantur nec verbis & auctoritatibus quinimo nec rationibus (& tamen homo animal eſſe deberet rationale) quàmuis adamātinis in viam redire cogi poſſunt vnde vi, ferro, igne, & acerbiſſimis flagris cōpellendi ſunt, quæ tutior ac certior via quàm ſecularium Principū auctoritas atque potentia? Iuriſdictionis porrò ſegetem vir Theologus ſi ſum ingreſſus, an ne reprehendi merear ab ijs, qui cùm nullius ſint iuditij in cuiuſq; litis contētionisue determinatione pecudum more aliorum iuditio ducti ſola Bartoli ac Baldi contenti ſunt auctoritate, ego certè reor, & te ſummum bona-

rum artium corypheum Veſpaſianum iudicem ſtatuo, adeo inter ſe cõiunctas eſſe has diſciplinas Theologiæ ſcilicet ac iuris canonici, vt neutrius perfecta cognitio ſine ope alterius adquiri poſſe videatur, quique alteram ſine altera ſtatuat imperatoriam etiam (vt illis cũ Iuſtiniano loquar) maieſtatem ſolis legibus armatam vel ſolis armis ſtatuat decoratam. Tu verò Excellentiſſime Princeps vnus è multis electus es ſub cuius patrocinio & tutela noſter hic qualiſcunque ſit partus conquieſcere deberet, illaque me impulit cauſa prior animi tui celſitudo ſummam ſecum trahens clementiam, ingenium facile nulla penitus labe contactum,

bellicæ laudis militariſque glo riæ flagrans ſtudium, quas res omnes aperte teſtantur Caroli Maximi Auguſti, ac Philippi Hiſpaniarũ Regis nouique or bis domini de te præclara teſti monia: cum tibi maximarum prouinciarum curam demandarint; nec illa poſterior illa in quàm tua toti orbi cognita pietas ſingularis, ſic vt veriſſime proferret Ilioneus Vergilianus.

Te iuſtior alter
Nec pietate fuit nec bello maior, & armis.

Etenim Auguſtiniani Patres à te in proximis comitijs ſuis generalibus liberaliſſimè ſubleuati verba voceſq; ad vbique magnificentiam tuam diuulgandam ſibi deeſſe ſummope-

re dolẽt. Carmelitæ verò quos tua vrbe, domo conuiuio rece piſti, ære proprio ſubleuaſti ſy nuque propè ipſo fouiſti tantum æs alienum ſoluere impo tentes erubeſcerent, dum ea omnia memoria repetunt, niſi tuum eſſe ſcirent illum diem cenſeri perdidiſſe quo in aliquem beneficium non contuliſti; ſed vela iam contrahendo cum ſi tua præclariſſima geſta dicere crederem ea potiùs minuerem quàm referrem cum Platone illo diuino dicam; Beatiſſimas fores Reſpub. ſi aut philoſophi dominẽtur aut ſaltem qui gubernãt diuina quadam ſorte phyloſophentur, ni hil eſt enim peſtilentius poteſtate, & audacia quàm ignorantia commitatur. His mul-

tiſque aliis ego cauſis ductus è
meo tenuiſſimo theſauro has
qualeſcunq;, veſtes vt illas do-
minationi tuæ Illuſtriſs. & Ex-
cellentiſs. mitterem, deprom-
pſi non eas quidem Lucullia-
no ſumptu magnificentiaque
comparatas neque Mileti con
textas neque Tyria purpura ſa
turatas, ſed mira parſimonia
compoſitas contextas & orna-
tas. Et cum mihi ſim optime
conſcius hoc opus, cuius ego
non tam auctor quàm colle-
ctor fui ad omnipotentis Dei
laudem, & communis Reipub.
vtilitatem compilatum eſſe, in
ſpem erigor nō vulgarem nec
(vt opinor) vanam dominatio-
ni tuæ Illuſtriſ. & Excellentiſs.
ingratum videri haud poſſe.
Deus optimus Maximus Excel
len-

lentiſs. dominationẽ tuam ad totius orbis Chriſtiani perpetuam ſalutem diutiſſime tueatur, & conſeruet: cui & meipſum & fortunam & ſtudia mea quàm humillimè cupio commendata eſſe. Caſali Calendis Ianuarij. 1582.

BREVIS TRACTATVS DE IVRE ELIGENDI MINISTROS ECCLESIAE,

Et pręſertim ſummum Pontificem.

Cap. I. in quo oſtenditur, quod poteſtas eccleſiaſtica non eſt immediatè tradita vniuerſitatj.

Tentarunt multi Excellentiſs. et humaniß. Dux Veſpaſiane in concilijs Baſileenſi & Conſtantienſi poteſtatem in vtroque foro immediatè in totam eccleſiam collocare, & illa media in pontificem Roma-

manũ quod ſi verum eſſet, ſummum ſcilicet Pontificem auctoritatem ab eccleſia habere, profectò dicere oporteret, dominum noſtrum Petro cum dixit in uniuerſum; Paſce oues meas non Petro ſed eccleſię auctoritatem tradidiſſe, quod quã alienum ſit ab euangelio, conſtat ex promiſſione Chriſti Petro facta ob egregiam illius cõfeſſionem; Et ego (inquit) dico tibi, tu es Petrus et ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, nihil enim ſupra ſeipſum fundatur, alioquin idem eſſet fundamẽtum & ſtrues lignorum & ædificij, ſi ergo eccleſiã dicit ſe

funda-

ſundaturum ſuper Petrum tan quam ſuper petram, Petrus ergo eſt fundamentum, à quo tota ſtrues & ædificium dum pendet, ſuſtinetur, quomodo Petrus pendet ab eccleſia, ſi eccleſia pendet ab illo veluti tectum à fundamento? Præterea arguit Franciſcus à victoria in relect. 2. de poteſt. Eccleſiaſt. in hũc modum; Aut conuenit poteſtas eccleſiaſtica toti eccleſiæ immediate iure naturali vel humano, vel diuino, ſed nullo tali iure eccleſiæ immediatè conuenit talis poteſtas, non quidem iure naturali aut humano, quia poteſtas eccleſiaſtica excedit & ius humana-

humanum, & naturale tum ex parte finis, quia ordinatur in finem ſupernaturalem, tum ex parte effectus, qui omnino omnem excedit facultatem humanam, ut eſt remiſsio peccatorũ, collatio gratiæ, euchareſtiæ conſecratio. Quòd verò illi non conueniat iure diuino inde conſtat, quia huius poteſtatis auctor eſt Christus, qui eſt caput omnis principiatus, & poteſtatis, vt habetur ad Coloſs. c. 2. ad Philipp. cap. 4. ad Heb. cap. 7. Ipſe enim dedit Eccleſiæ Apoſtolos, Prophetas, Euangeliſtas, paſtores, & Doctores ad conſummationem ſanctorum in opus

mini-

miniſterij & ad Epheſios c. 4. dicitur; Unicuique veſtrum data eſt gratia ſecundum donationis mēſuram: Si igitur Chriſtus eſt caput omnis principatus & omnis poteſtatis, manifeſtum ſit Chriſtum ab Eccleſia principatum non accepiſſe. Et ſi Chriſtus dedit miniſtros & Eccleſiæ præſules, & ab illo ſunt varia gratiarum dona in diuerſis, ergo Eccleſia non conſtituit miniſtros nec Papam. Preterea ſi poteſtas Eccleſiaſtica eſſet immediatè in vniuerſa Eccleſia, ſoli illi eſſent rerum eccleſiaſticarum legitimi adminiſtratores, qui eſſent ab vniuerſa eccle-

eccleſia conſtituti, ſed D. Paulus fuit legitimus Apoſtolus, & tamen non fuit ab eccleſia immediatè electus ſed à Deo, vt ipſe teſtatũ reliquit ad Galat. cap. 2. ergo poteſtas eccleſiaſtica non reſidet primò in eccleſia. Præterea; ſi penes vniuerſam eccleſiam eſſet immediatè poteſtas eccleſiaſtica, profectò cum Chriſtus ſit caput eccleſiæ, & ab illo ius eccleſiaſticum proueniat, illi dictum fuiſſet; Jte in mundum vniuerſum, prædicate euangelium, remittite peccata, hęc quoties feceritis in mei commemorationem, & ſimilia, ſed hæc talia

non

non demandauit eccleſiæ, ſed Apoſtolis, vnde & Ioan. cap. 20. dicit; Sicut miſit me viuens pater, & ego mitto vos, in illo ergo tota poteſtas eccleſiaſtica immediatè reſidet, cui dictum eſt; Paſce oues meas. Nec dicere poſſunt functiones iſtas Apoſtolis demandatas fuiſſe, quia ipſi uniuerſalem eccleſiam repreſentabant, imò erant, nam ſi id verum eſſet cum iam per te eſſet eccleſia, quando Paulus fuit conſtitutus Apoſtolus, non fuiſſet eccleſiæ legitimus miniſter, quia ab eccleſia non fuiſſet electus. Præterea, Paulus in priori ad Timot. c. 4.

fate-

ſatetur Timotheum electum fuiſſe, ſed non dicit à plebe, ſed ab epiſcopo, & ibidem cap. 5. dicit; Nemini citò manum impoſueris. Præterea; ſi poteſtas eccleſiaſtica eſſet immediatè in tota eccleſia, ſequeretur plebem non minus conſecrare euchariſtiam, quam ſacerdotem, nam poteſtas eccleſiaſtica duplex eſt ordinis ſcilicet & iuriſdictionis, poteſtas ordinis reſpicit verum corpus Chriſti, ſed plebs non habet poteſtatem ordinis, ergo nec iuriſdictionis. Addo, quòd poteſtas œconomica vt nõ eſt penes totam familiam immediatè ſed patrefa-

mi-

milias mediante, ita poteſtas eccleſiaſtica non eſt immediatè in tota eccleſia ſed in Petro. Et Ignatius in epiſt. 3. ad Magneſianos dicebat quòd Epiſcopus non ab homine ſed à Deo habet promotionem, & concil. Tridēt. ſeßione. 23. cap. 4. affirmat inſtitutos à populo vel principe ſæculari non eſſe eccleſiæ miniſtros. Præterea arguit Caietanus; certum eſt, quòd poteſtas eccleſiaſtica primò fuit in Chriſto totius eccleſiæ domino tamquam in principe, eccleſiæ ſubdito nequaquam, ſed epiſcopus adhuc eſt, & caput & princeps eccleſiæ, eſt enim nobiſcum vſ-

que

que ad conſummationem ſæculi vt teſtatur Matth. cap. 28. & iudex viuorum & mortuorum vt habetur Act. cap. 10. qui etiam viuit Deus in ſęcula ſęculorum vt in Apocal. cap. 1. qui regnaturus eſt donec ponat inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorum, vt regius Pſaltes dixit: ſed huius domini epiſcopi, & regis Petrus eſt vicarius, ergo vt poteſtas domini, epiſcopi, & Regis non pendet ab eccleſia, ita profectò nec poteſtas vicarij, ſunt enim eiuſdem rationis poteſtas domini & miniſtri. Augetur: Eccleſia in prefatione Apoſtolorum vocat Apo-

ſtolos

ſtolos vicarios Chriſti & non eccleſię, ergo Epiſcopi ſunt vicarij Chriſti (Succeſſerunt enim in locum Apoſtolorũ, vt optime probat doctiſſimus Thomas vualdenſis cap. 61. art. 3. lib. 2. doct. Antiq. fidei & Clemens in epiſto. ad Jacobum fratrem domini & Antherius in epiſt. ad epiſcopos Bæticę & Anacletus in epiſt. 3. & concil. Trident. ſeſſione. 23. cap. 4. & diſt. 28. can. Quorum vices) at ſi ab eccleſia iuriſdictionem haberent, eccleſiæ vicarij dicerentur & eſſent, ergo poteſtas eccleſiaſtica immediatè non reſidet in eccleſia. Confirmatur: Chriſtum enim

enim abſolutam in cælo & in terra habere poteſtatem manifeſtum ſit ex illa Chriſti auctoritate apud Matth. cap. 18. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra, & Apoſt. ad Rom. cap. 14. dicit: In hoc Christus mortuus eſt, & reſurrexit vt & mortuorum & viuorum dominetur. Sæcularem autem dominatum prohibuiſſe in eccleſia ſua conſtat ſimiliter ex illo Matth. cap. 28. Reges gentiū dominantur, & qui maiores ſunt poteſtatem exercent inter eos, non ſic erit inter vos, & Petrus in priori ſua epiſto. cap. 5. iubet præsbyteros paſcere

re

re gregem Dei, non Velut dominantes in cleris, ſed velut formam gregis factos: vnde & D. Thomas in illius loci expoſitione dicit, Apoſtolos & Martires, nec non antiquos prælatos ſuſcepiſſe prælaturas nō dominandi cauſa ſed laborandi. Per ſæcularem verò poteſtatem intelligimus poteſtatem illam, quam nedum diuino muneri, ſed etiam meritis noſtris aut natalibus tribuimus, talem autem poteſtatem à plebe ſcilicet vel tyrannide aut certe ab hęreditate dependentem in ſua eccleſia noluit Chriſtus eſſe, quia ſicut ipſe dixit; Regnum

meum non eſt hinc, hoc eſt, ab electione vel tyrannide, ita voluit miniſtros ſuos nō eſſe hinc, hoc eſt, non dominari in eccleſia uti ſæculares faciunt. Voluit ergo quòd ſicuti ipſe nō habet regnum hinc à Repub. ſcilicet, ita nec eius miniſtros habere hinc, ſed ab illo voluit vocari tanquam Aaron. Obijceret tamen aliquis, ſi eccleſiaſtici ſęcularem nō habent poteſtatem, quomodo ergo ſummus pōtifex Bononiæ Romandiolæ nec non multis alijs prouincijs & Regnis dominatur? Molinæus ille acerrimus Romanorum Pontificum hoſtis vndique olens

im-

impietatem in tract. de vſuris, qui nunc ſub nomine Gaſparis Caballi circumfertur, credidit eccleſiaſticis nullo modo conuenire poſſe regimẽ ſeculare quia Chriſtus dixit: Regnum meum nõ eſt hinc. At verò decipitur, nam Chriſtus ibidem de ſpirituali regno loquitur, & fatetur ſe quidem regem eſſe, at regnum eius non eſſe terrenum ſed ſpirituale, ius enim regnandi defecerat à domo Dauid in Iechonia vt probat Thomas Vualdenſis arti. 3. li. 2. Tom. 1. Doct. Antiq. fidei cap. 76. locus ergo ille intelligi cùm debeat de regia poteſtate ſpirituali, non eſt

tur ex illo loco deducat ſceleratus Molinęus eccleſiaſticos non habere poteſtatem ſęcularē in rebus ſæcularibus, & mundanis. Et ideo D. Thomas 2. ſent. diſt. ultima in expoſitione textus dixit: Papam utriuſque poteſtatis habere apicem & reges & imperatores abſoluere & inſtituere: hoc idem ille Angelicus Doctor dicit lib. 3. de regimine principum cap. 10. Et Pius V. Pont. Max. id optimè probat in Bulla, qua Coſmū Mediceum Magnū in Ethruria Ducem declarat & conſtituit. Sed ad rem noſtrā redeundo dicimus, fieri non poſſe, ut

eccleſiaſtica poteſtas ſit immediatè in vniuerſitate, nam per Ieremiam promittit Deus ſe daturum eſſe paſtores, qui regerēt nos ſcientia, & doctrina, vt patet cap.3. Sed in omnibus non eſt ſcientia, vt dicit D. Paulus in priori ad Corinth. cap. 8. ergo vulgi non eſt regere eccleſiam Dei. Et ab initio mundi ciuitati Dei vnus pręfuit Adam, vnus Seth, vnus Noe, vnus Sem, vnus Abraā, vnus Iſaac, vnus Iacob, & ab initio ſynagogæ vſque ad Chriſtum ſemper extitit vnus pontifex Leuitici generis penes quem ſumma rerum ſacrarum pote-

ſtas fuit Chriſtus dum vixit, pręfuit ſolus, à terra diſceſſurus reliquit Petrũ alijs plus amantem ſuum vicarium, & Petro pontifices Romani per mille & quingentos annos & plus ſucceſſerunt, monarchicha ergo ſemper fuit eccleſię Dei adminiſtratio, & gubernatio. Quòd ſi tempus vllum fuit, in quo non poſſet nominari quis vnus illi, aut illi fidelium cœtui ſacris in cauſis præfuerit, non poterunt quoque optimates nominari, qui rebus ſacris præfuerint: aut certè oſtendi, quòd tunc penes multitudinem fuerit ſumma rerum poteſtas, aut ſaltem quòd

iuſſu multitudinis vnus præfuerit. Quòd ſi queras, quis vnus ſacris rebus in Ægipto poſt mortem patriarche Jacobi pręfuerit, dico vnum leui filium eiuſdem Jacobi. Quibus rationibus tum probabilibus cũ etiam demonſtratiuis manifeſtum eſt quòd dicebamus ab initio nempe poteſtatem eccleſiaſticam non eſſe immediatè vniuerſitati traditam.

Cap. 2. in quo aduerſum determinata obijcitur.

AT dices fortaſſis, in Act. Apoſt. cap. 1. dicitur quòd multitudo diſcipulorum elegit Matthiam

& Joſeph, ergo poteſtas eccleſiaſtica eſt multitudini demandata, quæ multitudo cùm per ſe ipſam non poſſit illam exercere, eligit miniſtros, qui illius nomine illam exerceant. Præterea, in Act. Apoſt. cap. 6. dicitur, quòd duodecim Apoſtoli conuocantes multitudinem diſcipulorum iuſſerunt illam conſiderare viros ſeptem boni teſtimonij, & ipſa multitudo elegit ſeptẽ, inter quos erat Stephanus, videtur ergo, quòd multitudinis ſit conſtituere miniſtros eccleſię, & diſt. 21. cap. In nouo, dicitur, quòd Petrus inſtitutus fuit princeps ab alijs Apo-

ſtolis

ſtolis. Veruntamen his nil concluditur, nam in priori exemplo nihil aliud haberi poteſt, niſi quòd Petrus oſtendit neceſſariũ eſſe in locum Judę alium ſubrogare Apoſtolum: nam ſic prædictum eſt per prophetam: Et epiſcopatum eius accipiat alter, ac proinde ius facit multitudini pręſentandi, quæ ſtatuit duos Jmò exemplo illo ſatis haberi poteſt, quòd gubernatio eccleſię eſt monarchicha, diminutus enim erat Apoſtolorum numerus, ſolus Petrus eſt, qui curat vt in integrum reſtituatur, & quia ius facit multitudini præſentandi, anne concludi poterit

 quòd

quòd multitudinis ſit creare & conſtituere miniſtros? Imò ex hoc, quòd ius dat multitudini præſentandi, conſequens ſit: Petrum nullo modo à multitudine dependere. Et ex hoc facto colligi poteſt, quòd multitudo non habeat ius conſtituendi miniſtros in eccleſia Dei: nam audita Petri cõcione, perſuaſique quòd oporteret Apoſtolorum numerum in integrum reſtituere, vt ſtatuerunt duos, non ſtatim fuerunt Apoſtoli, ſed ſorte Apoſtoli elegerunt Matthiam, at quid eſt aliquem ſorte eligere in ſacra ſcriptura, ſi non eſt nec proprio nec alieno ſtudio, ſed ſor-

te quadam diuina? Vnde & Judas dicitur in Act. Apost. capit. 1. ſortitus ſortem miniſterij huius, certum enim eſt, quòd non ſorte vera ſed metaphorica dicitur ſortitus Apoſtolatum & D. Paulus ad Epheſios cap. 1. dicit: ſe ad Apoſtolatum ſorte vocatum eſſe; qui tamen in eodem cap. dixerat ſe ante mundi conſtitutionem in Apoſtolum electum fuiſſe, & ad Coloß. cap. 1. dicit ſe à Deo dignum effectum in partem ſortis ſanctorum. Vbi Theophilactus dicit ſortem in ſacra ſcriptura eſſe diuinam electionem. Præſentatis ergo Mat-

thia & Ioſepho, Apoſtoli eis dederunt ſortes, hoc eſt totum negotium in diuinam voluntatem retulerunt, & cecidit ſors ſuper Matthiam, hoc eſt, diuina electio facta eſt ſuper Matthiam. Vnde mihi non probatur opinio Franciſci Vargas in confirmatione quarta propoſitionis quartæ lib. de iuriſdict. Epiſcoporum, qui dicit Iudam non fuiſſe epiſcopum, cum tamen contradicat verbis prophetę: Et epiſcopatum eius accipiat alter, & D. Petro & ſortitus eſt ſortem miniſterij huius. Nec dici poteſt quòd Matthias accepit epiſcopatum Iudæ, quē ipſe accepiſſet ſi præ-

ſti

ſtitiſſet, nã Petrus dicit ꝙ erat ſortitus ſortẽ miniſterij huius, & Archiepiscopus tertia parte tit. 21. cap. 1. affirmat Apoſtolos epiſcopos inſtitutos fuiſſe in vltima cœna domini. Similiter ſecundo exemplo nil plus probatur quàm quòd multitudo ius accepit præſentandi, ſed quòd eſſent miniſtri ius erat apud Apoſtolos, vnde & textus dixit, quòd iuſſerunt Apoſtoli conſiderare ſeptem viros, qui eſſent boni teſtimonij, quos (inquit) conſtituemus ſuper hoc opus præſentat ergo multitudo, ſed conſtituunt Apoſtoli: vnde concludi poteſt ius conſtituendi

miniſtros non eſſe penes multitudinem, & quòd poteſtas eccleſiaſtica nō ſit ab hominibus, nec ab ordinatione eccleſiæ nec à concilijs vniuerſalibus, nec ab Apoſtolis, nec ab Imperatore, ſed à ſolo Chriſto, vt optimè probat auct. D. Chryſoſtomi & Dioniſij Areopagitæ Joan. turrecremata. Capitulum verò in nouo intelligitur de volunte approbatiua electionis factæ, & non de electiua, nam Chriſtus elegit Petrum in caput & fundamentum eccleſiæ.

Cap.

Cap. 3. in quo oſtenditur quod omnes non ſumus ſacerdotes.

VEruntamē diceret aliquis: his quidem probari poteſtatem eccleſiaſticam multitudini ut multitudo eſt non eſſe traditam, at verò cum omnes de multitudine ſint ſacerdotes iuxta illud Petri in priori ſua canonica cap. 1. Vos eſtis regale ſacerdotium, gens ſancta, conſequens ſit, quòd ſi ſacerdotibus ſit collata poteſtas eccleſiaſtica, multitudini quoque conceſſam eſſe. Lutherus ille omnium peßimus He-

Hæreſiarcha apud Alphonſum à Caſtro lib.2. aduerſus Hæreſes puerum ac mulierem æquè abſoluere vt Papam affirmabat: quia iuxta illius ſentẽtiam tota vis abſoluendi pendet à fide. Refertur hæc Martini ſententia inter articulos illius art. 13. apud Roffenſem. Fuit hæc lutheri ſententia ipſius quoque (quem ſine horrore nefas eſt nominare) Vuitclef opinio ſeu error vt retulit Thomas Vualdenſis cap.59.tit.5. Tom.3. Lutherus tamen à Ioan. Vuitclef fortaſis diſsidet, quia Lutherus totam viam ad culpam delendam cum fidei adſcriberet, in-

de deducebat referre nihil, quòd abſolutionis miniſter ſit vir aut fęmina, aut per. Ioan. autem Vuitclef, vt dicit Vualdenſis loco citato, dicebat ideo fęminam & puerum et quemcunque alium æquè bene vt Papa abſoluere, quia ſumus omnes ſacerdotes. Ex quibus ſane conſtat hos hæreticos falſas ſuas opiniones in diuerſis collocaſſe. Quàmuis igitur in Lutherum multas poſſemus adducere rationes in præſentiarum tamen ſolam ab Alphonſo rationem loco citato formatam adducamus. Perconctetur igitur à Luthero, an ſi pęnitens à

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Pſytaco audiret, ego te abſoluo & illi firmiſsimè crederet, eſſet abſolutus nec ne? Si dicat Pſytacum abſoluere quid iſto abſurdius dici poterat? Si verò negat Pſytacum abſoluere, ſola ergo fides nõ dimittit peccata, nam niſi ita eſſet, referret nihil, quis eßet, qui verba proferret. Diceret fortaſſis Lutherus fidẽ verba audientis nil tunc efficere, quia verba proferri debent ab homine. At verò contrà, quia ſi id verum eſt, non ergo uirtus abſolutionis pendet à fide, nam ſi à fide, referret nihil, quis eſſet verborum prolator an rationalis natura, an irrationalis.

nalis. Pręterea, ueritas vbiq; conſtat, ſibi ſimilis eſt, at dicere mulierem & puerum æquè abſoluere vt Papa vbi non eſt ſacerdos, aduerſatur ei (vt docet Alphon. loco citato & Frãciſcus Feuardentius lib. aduerſus Hęreſes in verbo Baptiſmus hæreſi ſexta) quod dicit Chriſtianos omnes ſacerdotes eſſe, quì enim fieri poteſt, vt mulier, vel puer abſoluere poßit, vbi non eſt ſacerdos, ſi omnes ſumus ſacerdotes? Contra hanc doctrinam ſeu contra hunc errorem ſtat auctoritas Diony. Areopag. cap. 5. de eccleſiaſt. hierarch. & Tertulliani lib.

li.de preſcriptione in hereticos. Nec luthero aut Joan.Vuitclef fauet illud. D. Petri: Vos eſtis regale ſacerdotium, nam illa. D. Petri verba deſumpta ſunt ex lib. Exod. cap. 10. quo in loco Deus verbis illis populũ ſuum alloquitur: dicito igitur mihi, nunquid quia populo Hebræorum dictum eſt quòd eſſet gens ſancta, regale ſacerdotium omnes erant ſacerdotes? At ſi omnes ſacerdotes ſunt, cur quæſo Datan & Abiron ex ſententia dei in abyſſum ſubmerſi ſunt? Cur Ozias flagellatur? Cur Aron & filij eius ſingulariter in ſacerdotes domini inun

guntur?

guntur? Sed audiant hæretici iſti Venerab. Bedã. D. Petrum exponentem: Hoc (inquit) laudis teſtimonium quondam antiquo Dei populo per Moiſen datum eſt, quod nunc rectè gentibus dat Apoſtolus Petrus, quia videlicet in Chriſtum credidere, qui velut lapis angularis in eam, quam in se Iſraël habuit ſalutem, gentes adunauit, quod genus electum vocauit propter fidem vt diſtinguat ab eis, qui lapidem viuum reprobando facti ſunt ipſi reprobi: regale autẽ ſacerdotium, quia illius corpori ſunt vniti, qui rex summus & acerdos eſt verus, regnum

suis

ſuis tribuens ut rex, & ut pontifex eorum peccata ſui ſanguinis hoſtia mundans. Et. D. Auguſt. quem pro ſe citant lib. 20. de ciuite cap. 10. dicit, erunt ſacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum eo mille annis. Non utique (inquit) de ſolis epiſcopis & præſbiteris dictũ eſt, qui proprie iam uocantur in eccleſia Dei ſacerdotes, ſed ſicut omnes chriſtianos dicimus propter myſticum chriſma, ſic omnes ſacerdotes quoniam ſunt membra unius ſacerdotis, de quibus Apoſtolus Petrus, gens (inquit) ſancta, regale ſacerdotium. Si igitur Epiſcopi &

præſbiteri propriè ſunt ſacerdotes, deuotus autem populus non niſi inquantũ eſt membrũ Chriſti ſacerdotis & propter commune Chriſma, quomodo ergo audent Hæretici omnem hominem & fęminam, nec non puerum ſacerdotes propriè vocare, ita vt eorum proprium ſit à peccatis abſoluere? In hunc modum intelligenda veniunt, quæ ab Hæreticis citantur ex Apoc. 5. & 20. & D. Ambroſius lib. 4. de ſacram. cap. 1. in hac quoque interpretatione deſcendit Hieron. cõtra luciferianos. D. Chryſ. Homil. 16. in Matth. Baſilius de baptiſmo quæſt. 8.

Ra-

Rabanus de ſacram. altaris ca. 24. Præterea, ſi omnes baptizati ſacerdotis officio fungi poſſunt, cur etiam non ſunt omnes reges? Vos (inquit(regale ſacerdotium, at ſi omnes reges, quis ſubditus, quorſum ergo ſacra dicit ſcriptura: ſubiecti eſtote omni creaturæ ſiue regi tanquã præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſis? & alibi: Obedite prępoſitis veſtris? Gregorius quoq; Niſſenus lib. de ſancto baptiſmate, eſſe miniſtrum eccleſiæ non ad populi ſuffragia, ſed ad sacramẽti sanctificationem refert, & in Actibus Apoſto. acceptis duobus Matthia &

Ioſepho

Ioſepho Apoſtoli orauerunt, & ſortes dederunt, & in Act. Apoſt. ca. 13. dicitur, quòd erãt in eccleſia quæ erat Antiochiæ prophetę, & doctores; miniſtrã tibus autem illis domino & ieiunantibus dixit Spiritus Sanctus, ſegregate mihi Saulum, & Barnabã ad opus, ad quod aſſumpſi eos, & Hieron. in catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum dicit Iacobum fratrem domini poſt aſcenſionem domini ſtatim ab Apoſtolis Hieroſolymorum epiſcopum ordinatũ fuiſſe. Imò Petro a Chriſto, et nõ à plebe promiſſæ ſunt claues tibi dabo claues regni cœlorum,

& illi ſingulariter eſt dictum: Paſce oues meas, vnde & Pelagius Papa diſtin. 21. cap. quàmuis dixit, quòd quamuis vniuerſæ per orbem eccleſię vnus thalamus Chriſti ſint, tamen ſancta Romana eccleſia Catholica, & Apoſtolica nullis ſynodicis conſtitutionibus cæteris eccleſijs prælata eſt, ſed euangelica voce domini & ſaluatoris noſtri primatum obtinuit. Hanc ſententiam confirmarunt Cyrillus lib. 2. de ſacerdotio, & concilium Nicenum vocat ſedem Romanam primam ſedem, idque auctoritate euangelica, quam ſen-

tentiam confirmauit concilium Chalcedonenſe, & concilium Conſtantinopolitanum dicit ſe venerari primatum Petri ſecundum ſcripturas, quam deinde indubitatam veritatem magnificis verbis approbauit Concilium Florentinum, leges quoque imperiales. C. de ſumma Trinit. l. Nemo, Juſtinian. in Authen. conſt. 6. & 22. Ex quibus ſane manifeſtum fit miniſtros eccleſiæ á plebe non dependere in eorum conſtitutione.

Cap. 4. In quo declaratur quod regimẽ eccleſiæ non eſt nec democraticũ, nec ariſt. ſed monarchicum.

DIceret tamen fortaſſis aliquis D. Auguſt. in expoſitione Pſal. 44. dixiſſe eccleſiã conſtituiſſe epiſcopos in ſedibus Apoſt. hoc idem affirmare videtur lib. de doc. chriſtiana c. 14. et de Agone chriſtiano & ſuper Ioan. videtur ergo quòd eccleſia, hoc eſt populus Chriſtianus, habeat ius conſtituendi miniſtros. Dico nomen eccleſiæ ibi prælatos ſignificare, nam cum non ſit niſi epiſcoporũ alios conſecrare epiſcop.

opti

optime dr̃ quòd eccleſia hoc eſt epiſ. conſtituunt epiſcopos in ſedibus Apoſtolorũ, vnde et Epiphanius hæreſi.75.dixit: Epiſcoporum ordo patrũ generator eſt patres.n.generat eccleſiæ, præſbiterorum vero ordo cum non poſſit generare patres, per lauacri regenerationẽ generat filios eccleſię, non autẽ patres aut doctores. Et D. Ambroſius in priori ad Cor.cap.1.dicebat quòd in epiſcopo omniũ ordinationũ dignitas eſt, caput eſt.n.cæterorũ membrorum. Et epiſcoporum eſſe alios creare epiſcopos, & quomodo, multis ſanctorum & hiſtoriarũ auctoritatibus ꝓbat

Thomas Vualdenſis capit. 58. art.3.lib.2. doct.Antiq.fidei. Et propterea ex illis. D. Aug. verbis concludi nequit ius conſtituendi miniſtros eſſe penes vniuerſitatem, & hac de cauſa Cyprianus Epiſt. lib. 4. epiſt. 9.dicebat: Chriſtum arbitrio nutu ac præſentia prępoſitos ipſos & eccleſiam cum prępoſitis ipſis gubernare, & D.Hieron.in Matth.ca.16. dicebat quod iudiciariam poteſtatē habent omnes Apoſtoli & habet etiā omnis eccleſia in epiſcopis & præſbiteris. Ex quibus manifeſtum fit quod poteſtas eccleſiaſtica eſt à Chriſto per prępoſitos in eccleſia

cleſia Dei, & non à Chriſto per plebem in præpoſitos, Atq; in hunc modum intelligendus venit. D. Paulus ad Romanam capit.12. & in priori ad Corinth.cap.12.& ad Ephe ſios Cap. 4. quibus in locis eccleſiam corpori humano ſimilem eſſe dicit, nam cum politia corporis humaui uel animalis non ſit democratica, nec ariſtocatica ſed monarchicha ut pote in qua principatus penes vnum eſt, ſiue id ſit cor ſiue cerebrum, & in humano corpore ſit mens concludi nequit ab Illirico heretico ſtatum eccleſiaſticum eſſe popularem, & ius dicendi

in controuerſis eſſe penes eccleſiam. Et quamuis apud Matth. cap. 18. eum, qui neque fratrem priuatim, neque duobus coram teſtibus audierit iubeat Chriſtus eccleſiæ denuntiari non eſt tamen dicendum laicos ius habere in decidendis controuerſijs, nam laici sunt quidem partes Eccleſiæ, at Eccleſia in illo textu non vniuerſitatem fidelium ſiguificat, ſed prelatos duntaxat, vt optime notabat Chryſoſtomus homil. 61. in Matthe. & textus ipſe euangelicus ſatis docet, quia in contemptores prælatorum eccleſię ſubdit; quodcunque ligaueritis, nam

non

non loquitur vniuerſitati fidelium, ſed preſulibus fidelium: Si enim plebs & fidelium vniuerſitas decidendi & iudicandi ius haberet, cur quæſo iubet Apoſtolus in priori ad Corinth. cap. 6. eligendũ eſſe fratrem in iudicem? Ambroſius in expoſitione illius loci dicit: Ideo fratrem eligendum dicit, quia adhuc rector eccleſiæ illorum non erat ordinatus. Ex his ergo conſequutio fit, ius dicendi non eſſe penes plebem, nam alioquin iniurij fuiſſent Apoſtoli chriſtianę plebi: Petrus quidem in Act. Apoſt. cap. 5. cognito enim Ananię &

Saphiræ mendacio, & voti nō ignorata uiolatione homines caſtigauit non expectato vllius plebis conſilio vel conſenſu, & D. Paulus fornicatorem corrinthium excommunicauit, non adhibito in conſiliũ aliquo. Preterea Ignatius in epiſt. ad Smirnenſes affirmauit in eccleſia nil maius eſſe epiſcopo, at ſi vulgus ius haberet eccleſiaſticum, aut certè eſſet equale vel ſupra vel ſub epiſcopo, non eſt equale nec ſupra, quia nil maius epiſcopo, ſub epiſcopo ergo eſſe oportet, non ergo multitudini primo eſt cõcredita poteſtas eccleſiaſtica. Ac demum ſi

poteſtas eccleſiaſtica plebi eſſet primo concredita apud plebem eſſet ſumma rerum cognitio, plebis ergo primum eſſet regere, ac ſi plebis primo eſſet regere quis ergo rectus? Paſtores fortaſſis, & doctores? At quomodo regimen eccleſiæ eſſet in forma gregis? Exiſtimo igitur regimen illud Chriſtum in eccleſia ſua conſtituiſſe, quod prophani vrbium conditores, & earum legumlatores nil magis optauerunt, ſed nil eo magis exoptarunt, quàm vt ciuitates ab ipſis creatæ, & conſtitutę perpetuò ſtarent ac florerent, ſtare autẽ ac florere

non poſſunt ſolo regimine populari, nam populus procliuis eſt ad ſeditionom, nec ſolo optimatum quia ab illo facilis eſt lapſus in paucorum factionem, nec item ſolo monarchico, quia ab illo lapſus eſt ad tiranidem, ſed ex omnium ſententia optimum regimen eſt monarchicum ſi illi optimatum addamus ſenatum ergo hoc conſtituit regimē Chriſtus in eccleſia ſua. Et in hunc modum, intelligendum venit quòd Apoſtoli conſtituerunt Matthiam, nam id factum fuit à Petro vt dicit Thomas Vualdenſis ſed de conſilio fratrū, & Petrus comeſtor in Act.

Apoſt. dixit, quòd primi eccleſiæ Antiochenæ audita ſpiritus ſancti reuelatione de Pauli & Barnabę ſegregatione miſerunt eos Hieroſolimis vt ab Apoſtolis ordinarentur. Apoſtoli ergo dicuntur ordinaſſe Iacobum, quia ordinatus fuit à Petro de illorum cõſilio. Cùm igitur ſummus Pontifex ſit monarcha, & ex ordinatione Chriſti habeat ſenatũ optimatum adiunctum, vt Chriſti eccleſia optimo omnium gubernetur regimine, conſequens fit Cardinales ex ordinatione Chriſti, eſſe in eccleſia Dei, nam cùm epiſcopi pręcepto diuino oues ſuas agnoſcere

teneãtur, & pro eis ſacrificium offerre, verbique diuini prædicatione, ſacramentorum adminiſtratione ac bonorũ omnium operum exemplo paſcere; pauperum aliarumque miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, quæ omnia nequaquam ab ipſis præſtari & impleri poſſunt, niſi gregi inuigilent, vt dicitur in concilio Trident. ſeſſione. 23. cap. 1. de reformat. neceſſum fuit a ſommo pontifice longe abeſſe, & propterea ſenatus Cardinalium neceſſariò inſtitutus fuit vt regimen eccleſiæ eſſet monarchicum cum conſilio tamẽ optimatum, vnde

de & Abbas in Cap. Per venerabilem, qui filij ſint legitimi, notabat Cardinales eſſe de iure diuino in eccleſia Dei, quòd etiam confirmabat Innocentius tertius in præfato cap. Per venerabilem, imò Cardinales in eccleſia Dei adeo ſunt de iure diuino, quod iuxta Abbatis ſententiam Papa non debet ardua explicare ſine conſilio cardinalium, quàm ſententiam confirmabat Ioan. Monachi. & Ioan. Andreas, & Archiepiſ. & Ludouicus Rom. conſi. vltimo apud Paulum burgaſium ſexta parte de irregularitate cap. de Simonia. Et

Cardinales eſſe de iure diuino dixit Archiep. 3. parte tit. 21. ca. 1. & Aug. de Ancona lib. de poteſtate eccleſiaſtica, & Ioan. á turrecremata lib. 1. de eccleſia cap. 80. & Antonius Venetus lib. de reſidentia epiſcoporum, & Marquardus parte. 2. de Iudęis cap. 6. num. 3 & propterea merito reprehēditur Ioã. Monachus apud Abbatem cap. Per venerabilem, qui filij ſint legitimi, quia dixit: collegium Cardinalium eſſe in poſſeßione eligendi ſummum pontificem ex conſuetudine. Et Archiepiſcopus eſt reprehenſione dignus quia 3. parte tit. 21. cap. 2. §. 9. dixit:

Cardinales à ſummo pontifice habere ius eligendi ſummum pontificem ſi enim Cardinales ex ordinatione Chriſti ſunt in eccleſia ſua vt regimen monarchicum ſit optimum, quomodo à Chriſto non habent ius eligendi ſummum pontificem? Et in hac re errauit Dominicus Sotus qui 4. ſent. diſt. 24. q. 2. art. 4. dicit Cardinales non eſſe de iure diuino. Et hinc colligitur quã fatue loquatur Illiricus quando affirmauit, illud eſſe democraticum, ordinatum tamẽ, vt potè quòd habeat ſuum regem Chriſtum & ſuum ariſtocraticum dominium optimatum

ſci-

ſcilicet, & doctorum & præcipuorum membrorum. Si enim vera hæc forent nempe ſtatum & regimen eccleſiæ eſſe democraticum fieri nequit, quòd Chriſtum, pro capite & rege habeat, nam inde fieret conſequens plebẽ tantùm poſſe quantum Chriſtus, imò plus Chriſto, quia dominium denominandum eſt à potiori parte, ſed regimen eſt democraticum ergo ſumma regiminis ratio eſt penes populum, & non penes eorum regem Chriſtum. At ſi tantum plebs poteſt, quantum optimates & rex efficere poſſunt, nec vnus plus altero, profectò iam

non

non eſt populare regimen, nam quemadmodum regimen monarchicum non illud ſolummodo eſt vbi optimates vel plebs nihil omnino poſſunt, verum etiam vbi aliquid poſſunt, ſed plus illis illorum rex, & quemadmodum regimen optimatum illud non ſolum eſt, in quo ſoli optimates poſſunt, & nihil plebs, ſed etiam in quo, & optimates, & plebs poſſunt ſed magis optimates, ſic etiam ſi regimen eccleſiaſticum democraticum dici poteſt, neceſſe eſt altero duorum modorum eſſe nempe aut quia ſolus populus ignobilis poteſt & nullo modo

opti-

optimates & eorũ rex aut certè, quia una cum populo, poſſunt optimates, & eorum rex, ſed populus magis, ſi ergo populare eſt regimen eccleſiaſticum, neceſſum eſt aut Chriſtum, & doctores nil poſſe, aut poſſe at non ita ſicut populus, ſed quid Chriſto Deo potentius in eccleſia ſua quam acquiſiuit ſanguine ſuo, & fecit ſibi regnum? Principes quoque, & optimates plus populo poſſe manifeſtum eſt ex facto Petri in Act. Apoſt. cap. 5. & D. Pauli in priori ad Corinth. cap. 5. & in Actibus Apoſt. cap. 14. Paulus & Bernabas conſtituunt in eccle-

eccleſijs præſbiteros, & Ignatius ad Smirnenſes dicit in eccleſia nil maius eſſe Epiſcopo. Et mirum eſt cum nunquam vlla fuerit Reſpub. bene inſtituta in qua gubernandi ratio non fuerit mixta, voluerint nihilominus iſti, quod regimen eccleſiæ fuerit democraticum. Cùm verò ex omniũ ſententia, optimum regimen ſit monarchicum cui ſenatus optimatũ ſit adiunctus, meritò Caluinus eſt repræhenſione dignus, qui regimẽ eccleſiaſticum mixtũ facit ex ariſtocratico & democratio, debebat enim mixtionem ex melioribus & non peiorbus facere.

Sed

Sed adde ſi mixtum eſt ex ariſtocratico & democratico, profectò neceſſum eſt, in mixtione aut paria eſſe ariſtocraticum, & democraticum regimen, aut vnum alterum ſuperare, paria eſſe non poſſunt quia ex ęqualibus non fit mixtio vt docent Philoſophi, nam non fit abſque miſcibiliũ alteratione, ſi igitur in mixtione neceſſaria eſt alteratio, neceſſum eſt, aut ambò alterata eſſe in maius, aut ambo diminuta eſſe in minus, aut num diminutum, & aliud auctum, primum dici, nequit quia ſi aucta eſſent ad æquale regimina illa, non poſſet ex illis, fieri

ri mixtio, & eadē ratione nec ſecundum affirmari poteſt, cùm enim ſemper eſſent æqualia integra remanerent, atque ex illis mixtio fieri nequiret, neceſſum ergo eſt, quòd alterum ſit auctum, & alterum diminutum, aut ergo eſt auctum regimen populare, & ſic regimen eccleſiæ eſſet magis populare quàm optimatum quòd ſupra oſtendimus, in Illiricum eſſe inconueniens, (& oſtendi etiam poteſt exemplo Anacharſis profeßione Philoſophi patria Scythę qui vt Plutarchus teſtatur in Solone cùm interfuißet concioni Athenienſium quorum ſtatus

erat

erat popularis vidiſſetque grauiſſimos viros in hanc illamue partem ſuadere, populum verò decernere ad Solonem conuerſus dixit; admirari ſe viros ſapientes apud græcos loqui, & ſtultos iudicare cùm econtra agendũ eſſet vt docet. D. Aug. cap. 12. de vtilitate credendi ad Honoratum manicheũ) vel eſt auctum regimẽ optimatum, & ſic plus poſſent optimates quàm ipſa plebs & ſuus rex, ne igitur dentur hæc inconuenientia dicere oportet regimen eccleſię eſſe monarchicum non ſimpliciter ſed cum conſilio optimatum: Et dicitur monarchicũ,

quia

quia poteſtas eccleſiaſticà eſt tota in monarca Pontifice Romano, quòd probari poteſt auctoritate Petri in Epiſt. Clem. Rom. ad Iacobum fratrem domini, nã inſtituens Petrus Clementem in pontificem eceleſiæ Romanę dixit; Ei ſoli meę prædicationis & doctrinæ cathedrã tardo, dicit enim, ſoli, quia Petrus urgenti de cauſa aſciuerat ſibi in ſocium Clemẽtem, & Cletum, ne quis ergo exiſtimaret poteſtatem pontificiã cõmunitati vel optimatibus traditam eſſe dicit, ſe illi ſoli illam tradere ſicut edoctus à domino erat, & hac de cauſa Cypria-

nus Epiſt. lib. 1.epiſ. 3. vocat Eccleſiam Romanam principalem eccleſiam, á qua vnitas ſacerdotalis eſt exorta, & lib. 4. Epiſt.epiſt.8. uocat Eccleſiam Romanam matricem, & iudicem eccleſię catholicę Clemẽs quoque Romanus in epiſt.ad Iacobum fratrem domini uoluit apoſtolicam auctoritatem pontificis Romani eſſe regimen totius eccleſiæ Chriſtianæ, & Marcellus vt habetur 24.quęſtio. 1. cap. Rogamus fatetur nullam eſſe eccleſiam, quæ non ſit ſubiecta Eccleſiæ Romanæ, & Innocentius tertius, vt habetur extra, de maioritate, &

obedientia

obediētia cap. Solita ſcripſit Cō ſtantino imperatori: Eccleſiæ Romanæ commiſſas eſſe oues in vniuerſum. His omnibus manus dederunt Anacletus diſt. 22. cap. Sacroſancta. & Julius 3. quæſt. 6. cap. Dudū, & Athanaſius confitetur ſummo pontifici Romano vniuerſalem commiſſam eſſe eccleſiam vt pontifex Romanus pro omnibus laboret, & Pelagius vt habetur diſt. 21. cap. Quamuis fatetur ſanctā Romanā eccleſiā nullis conſtitutionibus ſynodalibus eſſe prælatam, ſed euangelica voce domini; Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccle

nus Epiſt. lib. 1.epiſ. 3. vocat Eccleſiam Romanam principalem eccleſiam, á qua vnitas ſacerdotalis eſt exorta, & lib. 4. Epiſt.epiſt.8. uocat Eccleſiam Romanam matricem, & iudicem eccleſię catholicę Clemẽs quoque Romanus in epiſt.ad Iacobum fratrem domini uoluit apoſtolicam auctoritatem pontificis Romani eſſe regimen totius eccleſiæ Chriſtianæ, & Marcellus vt habetur 24.quęſtio. 1. cap. Rogamus fatetur nullam eſſe eccleſiam, quæ non ſit ſubiecta Eccleſiæ Romanæ, & Innocentius tertius, vt habetur extra, de maioritate, &

obediētia cap. Solita ſcripſit Cō ſtantino imperatori: Eccleſiæ Romanæ commiſſas eſſe oues in vniuerſum. His omnibus manus dederunt Anacletus diſt. 22.cap. Sacroſancta: & Iulius 3. quæſt. 6. cap. Dudū, & Athanaſius confitetur ſummo pontifici Romano vniuerſalem commiſſam eſſe eccleſiam vt pontifex Romanus pro omnibus laboret, & Pelagius vt habetur diſt. 21. cap. Quamuis fatetur ſanctā Romanā eccleſiā nullis conſtitutionibus ſynodalibus eſſe prælatam, ſed euangelica voce domini; Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccle

ſiam meam, & concilium Nicęnum ſub Sylueſtro pontifice Romano, & Conſtantino magno cælebratum vocat eccleſiam Romanam primam ſedē, & concilium Chalcedonenſe fatetur ſanctam Romanam eccleſiă per claues illi a domino traditas habere ius iudicandi de infamia epiſcopi, & concilium Florentinum, & conſtantinopolitanum huic ſententiæ ſubſcripſerunt, & Rabanus lib.de inſtitutione clericorũ cap. 4. dixit: In nouo teſtamento poſt Chriſtum ordo ſacerdotalis à Petro cępit ipſi enim primũ datus eſt pontificatus in eccleſia

Dei hic ergo ligandi & ſoluendi poteſtatem primus accepit, primusque ad fidem populum virtute ſuę prædicationis adduxit. Et Iſydorus li. 2. de Origine officiorum cap. 5. (vt retulit Thomas vualdenſis cap. 30. Arti. 3. lib. 2. Doct. Antiq. fidei) dixit: Aaron figuram eſſe noſtri pontificis: & Bernardus lib. de conſideratione ad Eugenium hoc idem affirmat, et nomen ipſum id demonſtrat, nā teſte Rhodigino lib. 11. Antiq. lec. cap. 21. Adrianus imperator conſueuit Bithinię mōtes conſcēdere, & Iouē Papā cōſultare, affirmat quoq; Seythias

Ioue᷑ papeũ appellare. Et in hac re fædiſſimè errauit Eraſmus in annot. in Epiſt. Hieron. ad Innocentium, notabat enim Papã apud veteres appellatum non fuiſſe ſummum, ſed Romanum pontificem quaſi dicere voluiſſet; Papę primatum non eſſe antiquum, nec a Chriſto inſtitutum, ſed modernũ, & ab hominibus inuentum. Leue tame᷑ argumentum eſt iſtud, & niſi uiro pędagogo dignum, ſi enim Cęſar, alijq; Romani Imperatores non dicerentur ſummi, ſed ſolummodo Romani imperatores, nũquid ideo penès illos nõ fuiſſet apud antiquos ſumma

Impe-

Imperij auſtoritas? Sed inter ueteres audiamus Hier. *in epiſt. ad Damaſum; Duplex (inquit) cauſa me conſolatur, quòd & tu qui ſummus ſacerdos es, fieri iubes. En uides Grammatice Hieron.* inter antiquos *vocare Pontificem Romanum ſummum ſacerdotem. Sed (inquit Eraſmus) vocat quidem illum ſummum ſacerdotem; at non ſummum pontificem. Verum eſto Eraſme rem ita ſe habere, audi tamen ſcripturam apud Matth. capit. 26. Jeſum adductũ eſſe dicentẽ ad Caypham principem ſacerdotum, quẽ Marchus cap. 14. uo*

cat ſummum ſacerdotem, idẽ ergo eſt ſummum ſacerdotem & principem ſacerdotum appellari legat quoque Eraſmus D. Bernardum lib. 2. de conſideratione ad Eugenium inueniet. n. Papam ſacerdotem magnum, ſummum, pontificem, principẽ Epiſcoporum, & Apoſtolorum heredem appellari.

Cap. 5. in quo Regum Anglorum confutantur opiniones.

CVm igitur põtifici Romano, ſit tota eccleſiaſtica poteſtas concredita conſequeus ſit omnium ab-

abſurdiſſimã eſſe Henrici octaui Regis Anglorum opinionem clauium poteſtatem affirmantis penès Anglorum regem eſſe ſummam, & ita ſe regem eſſe in temporalibus, & ſpiritualibus immediatè à Deo conſtitutum prædicauit, imperatorem Michaelem imittatus, qui ſæcularium vota in his, quæ fidei ſunt collegit, & pręſularem Cathedram aſcendit, vt retulit Illuſtriſs. Cardinalis Horſius cap. 24. confeſs. Polon. quàm opinionem ſeu quem errorẽ pernicioſiſſimum pręter id quod falſus cõuincitur, quia inde fieret conſequẽs mulierem

poſſe in Eccleſia docere, peccata remittere, baptiſmum ordinarie ac ſolemniter conferre, euchariſtiamque adminiſtrare, nã iure gentium mulier poteſt ad regni gubernacula admitti, quòd etiam eſt iure diuino cautum lib. num. cap. 17. *vbi deficientibus maſculis mulier conſtituitur hæres, hereditatisq; appellatione venit etiam regnum, & Delbora præfuit, Athalia quoque necnon Alexãdra apud Hæbreos, ſed etiam tribus Vijs, eum contendam ab eccleſia catholica propellere, primo quidẽ (ut hereticorũ more loquar) verbo Dei expreſſo, ſe*

cundo

cundo ſanctorum patrũ auctori tatibus, ac demum hiſtorijs. A verbo autẽ Dei expreſſo inde conuincitur quod falſus ſit, quia nullibi in ſacra ſcriptura reperitur regẽ Anglorũ à Deo conſtitutum eſſe in ſpiritualibus, & temporalibus regem, illi non eſt dictum hoc facite, quotieſcunque feceritis in mei commemoratione. Præterea Ioſaphat Hæbreorum rex paternis traditionibus inhærendo dixit lib. 2. Paralip. cap. 19. Amariã ſacerdotẽ, & pontificem in his, quæ ad Deum pertinent in populo Iſrael prḙſidere, Zabadias uerò in his, quḙ pertinent

ad regis officium, at ſi regis eſt in ſpiritualibus, & temporalibus preſidere, cur quæſo Ioſaphat religioſiſſimus rex ſibi miniſtriſque ſuis hæc non adſcripſit? Præterea, quorum eſt habere claues eorum quoque eſt in regnum cęlorum introducere, ſed ſacerdotes, non autem reges regnum cęlorum apperiunt, quòd oſtendit Paulus ad Hæbreos cap. 9. Chriſtus (inquit) aſsiſtens pontifex, &c. ex quibus ſanè cõſtat effectum ſacerdotij eſſe introducere in regnũ cęlorum, nam oſtendit Paulus ſacerdotium Chriſti longè ſacerdotio legali exellentius fuiſſe,

quia

quia introduxit in regnum cęlorum, legale verò in tabernaculum ſolūmodo manus factum. Si igitur ſacerdotis eſt in regnum cęlorum introducere, ſacerdotis quoque erit claues habere, & ſummi ſacerdotis ſummam clauem, nam effectus clauis eſt cęlorum regnum aperire ſed reges anglorum nec ſummi ſunt ſacerdotes, nec ſacerdotes, ergo non ſunt á Deo immediate conſtituti iudices, & domini rerum ſpiritualium, vnde, & 2.lib. Paralip. cap. 26. affatur Azarias pontifex ad Oziam regē: Non eſt tui officij adolere incēſum domino, ſed ſacerdotum

qui

qui conſecrati ſunt ad huiuſmodi miniſteriũ. Sanctorum quoque Patrum id conuincitur auctoritate eſſe falſsiſsimum. Ambroſius enim li.1. de pen. cap.2. fatetur ius ligandi & ſoluendi ſolis ſacerdotibus conuenire, & Theodoretus in leuit. quæſt. 1. fatetur regiam poteſtatem inferiorem eſſe ſacerdotali poteſtate, hanc eandem confirmat ſententiam Procopius in leuit. & D. Gregorius lib.1. Reg. dixit ideo indignari Deus erga, & contra regem petentes, quia regem petere quid aliud eſt, quàm eandem ſpiritualem prælationem in ſecularem adminiſtra-

ſtra-

ſtrationem trăſferre geſtire? Et Chriſoſt. lib. 3. de ſacerdotio dicit; Principes ſæculares habere ſolummodo corporum poteſtatem, & ſacerdotes habere vinculum animarum, & eorum poteſtatem ad cęlum vſque peruadere, & D. Bernardus lib. 2. de conſideratione ad Eugenium planè docet quòd Epiſcopus eccleſiæ Romanæ eſt ſummus pontifex, primus epiſcoporum, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus, vnus omnium paſtorum paſtor, cui claues traditæ ſunt, cui oues creditæ ſunt, alij (inquit) paſtores habent greges ſibi aßignatos ſinguli ſingulos,

eccle-

eccleſiæ autem Romanæ pontifici vniuerſi greges ſunt crediti, non modo oues ſed & paſtores, & in Epiſ. ad Mediolanenſes hanc eandem confirmat ſententiam, & Hieron. contra Iouinianum, & Cyprianus ad Cornelium Papam, Marcellus quoque, vt habetur 14. q. 1. cap. Rogamus, & Ignatius apud Ioan. Driedonē Tom. 4. cap. 9. Nemo (inquit) præter epiſcopum aliquid agat eorum, quæ ad eccleſiā pertinent. Prætermitto hic D. Aug. qui vbiq; locorum affirmat pontificem Romanum, caput eſſe omnium eccleſiarum, falſum ergo eſt quòd

Rex ille, nunc ditiſſima regina, (quæ vtinam, vt Roma longe abeſt, & ditißima eſt, ita ab impietate longe abeſſet, & veritate abundaret) affirmabat ſe ſcilicet immediatè à Deo conſtitutum eſſe regem, in ſpiritualibus & temporalibus in Anglicana Eccleſia, & præter id, quòd ſummum pontificem, nullo modo cõfitentur eſſe caput eccleſiarum, ſibi quoque tribuunt poteſtatẽ in ſpiritualibus quòd aduerſatur Clem. lib. 2. Conſt. Apoſt. cap. 20. Sed (inquit) neq; laicos cõcedimus aliquod munus ſacrificium, baptiſmũ, manus ſacerdotale exercere ueluti

im-

impoſitionem , vel benedictionem, non enim ſibi quiſque ſumit honorem ſed qui vocatur à Deo, nam per epiſcopi manus datur hæc dignitas , qui verò, ad eã promotus non eſt ſed eam ſibi vſurpat Oziæ pęnam ſuſtinebit. Hanc eandem confirmat ſententiã apud Hoſium in confeſſ. Polon. cap.24. Hanc Anglorum regum ſententiam multis ſacræ ſcripturæ ſanctorumque patrum auctoritatibus nec non praxi ab initio naſcentis eccleſiæ exagitat Thomas Vualdenſis Tom. 1 :lib.2. Articu.3. cap. 63. & eodem Tom. lib. 2. art. 3. cap.75. Sed veniamus,

etiam

etiã ad hiſtorias, his enim apertiſſimè probatur fieri non poſſe, vt Rex vel regina Anglorum immediatè à Deo in ſpiritualibus poteſtatem habeat, nam ab initio naſcentis eccleſiæ reges nõ erant Chriſtiani & tamen erat poteſtas eccleſiaſtica, dictum enim fuerat Apoſtolis Accipite ſpiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata, & quotieſcũque feceritis in mei commemorationem, Apoſtoli quoque cùm regulam vllam non tradiderint ſecundum quàm reges ad fidem accedentes acquirerent hanc poteſtatem conſequutio fit regibus Anglorum

hãc Deũ poteſtatẽ non dediſſe in ſpiritualibus. Donatiſtæ etiã cùm ad Imperatorem Conſtantinum appellaſſent execrantur ab Imperatore, vt teſtatum reliquit Optatus Mileuitanus lib. 1. de ſchiſmate Donatiſtarum, de quibus Conſtantinus religioſiſſimus Imperator dixit; O rabida furoris audacia, nã vt in cauſis gentiliũ appellationem ab epiſcopis ad Imperatorem interpoſuerant, quàm hiſtoriam recenſet quoque. D. Aug. epiſ. 48. & 62. Et quàmuis Conſtantinus Donatiſtarum cauſam iudicauerit, veniam nihilominus ab epiſcopis

petijt,

petijt, vt teſtatum reliquit. D. Aug. epiſ. 162. & quòd Conſtantinus nunquàm ſibi hanc in ſpiritualibus arrogauerit poteſtatem teſtis eſt Rifinus lib. 1. eccleſiaſt. hiſt. cap. 2. teſtes ſunt Socrates, Sozomenus, Caſſiodorus, Nicephorus & Euſebius. Iſchiras autem quemadmodum in hiſtoria ſua eccleſiaſtica ſcribit Socrates facinus patrare multis mortibus dignum auſus fuit, cùm enim nunquàm eſſet ſacerdotio ſortitus impoſito ſibi ipſi præſbiteri nomine, quæ ſunt ſacerdotis obiuit, quod etiam confirmauit Theodoretus, et eũ carceri propterea fuiſ-

ſe

ſe datũ narrat Sozomenus li. 2. de quo etiam teſtimonium reddit Athanaſius in ſecunda Apologia. Hic duo ſunt notatu digna primum, quòd fuerit carceribus mancipatus, deinde quòd hoc facinus fuit multis mortibus dignum. Anglicanum ergò regem ſacerdotij officiũ ſibi rapientem, qui carceribus affirmaret mancipandum nec mortis vnius, ſed milium reum vocitaret dicermusnè errare? Et huic ſententiæ ſubijci debent Lutherani & quoquot mulieribus ſacerdotalia munera permittunt. Epiphanius quoque reprehendit Zacheum quendam,

quòd audacter ſacra miſteria cõ tractabat, & ſacrificia cùm laicus eſſet impudenter perageret. Alexander etiam Aleſ. 4. parte art. 2. membri 3. quæſ. 21. dicit, quòd non eſt peioris conditionis hierarchia eccleſiaſtica quàm ſint aliæ Repub. ſed in omni Repub. eſt aſcenſus, & deſcenſus, & aſcendendo eſt ſtatus ad vnũ, ergo, & in eccleſiaſtica hierarchia erit vnus, qui plenitudinem poteſtatis habebit, at ſi rex Anglorum eſſet caput eccleſiæ Anglicanæ, certe vel eſſet ſupremum vel ſub alio, ſi ſub alio aut ſub Chriſto immediatè, aut ſub pontifice, non eſt autem

ſu-

ſupremum caput eccleſiæ Angli canę, quia hierarchia eccleſiaſtica non reſolueretur in vnum caput in unum fundamentum Petrum ſcilicet, cõtra verbum Chriſti, ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Si verò eſt ſub poteſtate Papę cur illi obedientiam negat? Nonne aduerſatur dicto illi obedite prępoſitis veſtris?

Cap. 6. in quo ponuntur, & ſoluuntur obiectiones contra determinata.

OBijciunt nihilominus Proteſtantes, quòd in veteri teſtamento re-

reges, & Deus ſacerdotibus quid in rebus eccleſiaſticis agere deberent præſcripſiſſe, & officium ſacerdotale negligenter obeuntes abdicaſſe. Præterea Moyſes præfuit populo Judaico, et leuitis, et ſacerdotibus ut politicus princeps ergo regia poteſtas, annexam habet in ſpiritualibus poteſtatem. Albertus Magnus quarto ſen. diſtin. 19. arti. 14. negare videtur Moyſen vere ſacerdotem fuiſſe. Et confirmatur nam poſt mortem Moiſis Ioſue duxit populum, et quamuis eſſet ſolũmodo politicus princeps præſcripſit nihilominus leuitis, & ſacerdotibus

quando vel arca Dei mouenda eſſet vel populus circumcidendus. Et Dauid, ſacerdotes reprehendit quòd humeris non impoſuiſſent arcam Dei, & conſtituit cantores, & benedixit populo. Salomõ etiam abiecit Abiatar, vt non eſſet ſacerdos domini, & Sadoch ſacerdotem poſuit pro eo, ſimilia quoq;, & Joſaphat, & Ezechias cæterique reges fecerunt in rebus & cauſis ſpiritualibus. Imperatores quoque Chriſtiani hanc ſibi in ſpiritualibus poteſtatem arrogarũt, adeo vt Conſtantinus Magnus cauſam Donatiſtarũ & ipſe audierit, & epiſcopis

tan-

tanquam eius vice iudicaturis delegauerit. Nicenã Synodum conuocauit in ea prefuit, & ad illius exemplũ Theodoſius Marcianus, Theodoricus Italiæ rex atque alij Imperatores, & reges in ſpiritualibus iudicarunt, qui nunquam aut hoc ſibi ſumpſiſſent, aut ab epiſcopis id facere permiſſi eſſent niſi iure diuino, et eccleſiaſtico talis poteſtas eis credita fuiſſet, & collata. Ambroſius quoque lib. quinto epiſt. epiſtola 32. fatetur populũ poteſtatẽ habere iudicandi in cauſis fidei ergo rex multo magis. Veruntamen rem non ſatis pro dignitate explicant, cauſæ

enim, ſpirituales quibus modis & a quibus iudicibus tractandæ eſſent in cõcilijs explicatur, ſed concilia ſunt epiſcoporum, vt teſtatum reliquit Auguſt. Epiſt.119.c.19.& epiſt.152.contra Donatiſtas.c. 15. & lib.6. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 35. & Marcellus Papa in epiſ.2.et Leo huius nominis primus epiſt.153.& Flauianus in epiſt.ad Theodoſium, quæ habetur in epiſt. leonis, Pulcheria quoq; Auguſta in epiſt.ſua, quæ habetur inter epiſt.preambulanres ad concilium Calcedonenſe.Hanc ipſiſſimã ueritatẽ Theodoſius imperator ſcribẽs ad

epheſi-

epheſinam Synodum cōfitetur; Illicitum (inquit) eſt eum, qui non ſit ex ordine epiſcoporum, eccleſiaſticis immiſceri tractatibus, quòd etiam confirmat in epiſt. ad Cyrillum quę habetur in operum eius Tom. 4. & Valentinianus vt retulit Socrates lib. 6. eccleſiaſt. hiſt. cap. 7. ad imperatorem de dogmatibus determinare non pertinere affirmauit. Aug. quoq; epiſt. 68. & 166. de Conſtantino retulit, quòd cū ad eū cauſam Cæciliani ſchiſmatici detuliſſent, nō eſt auſus de cauſa epiſcopi iudicare, ſed eam diſcutiēdam, & finiēdam epiſcopis delegauit, vt

etiam dixit Euſebius lib. 10. hiſt. eccleſiaſt. cap. 5. & tandem in Actib. Apoſt. cap. 20. de epiſcopis dicitur, quòd eos poſuit Deus, vt regerent eccleſiam ſuam. Nec eſt difficile eorũ ſoluere rationes, in lege nãque naturæ Reſpub. ipſa ciuilis, inſtituere poterat ſacrificia quibus Deum verùm colerent atque adeò ſicut reges & magiſtratus creare poterat, ita et ſacerdotes qui diuino cultui manciparẽtur, imò & rex ipſe illos inſtituere poterat, quia nullam habebant ſupernaturalem poteſtatem, & tales, legitur Gen. cap. 17. in Ægipto fuiſſe, quin

vero poterant iure hæreditario, primogenituræ ſuccedere, quare Melchiſedech iuſſu Dei, quia primogenitus erat Noè (vt nõnulli dicunt) nempe Seth, erat ſacerdos Dei altiſsimi, & Iacob fertur ius hoc à fratre ſuo Eſau mercatũ fuiſſe. At in lege ſcripta, quia eorum vnctiones ſacrificia & veſtes, erãt figura rerum ſupernaturalium legis euangelicæ non poterãt à Repub. creari ſed á Deo per miniſteriũ Moyſis creabantur, & ideo Deus inſtituit Aarõ ſummum pontificem vt habetur Exod. c.28. & elegit tribũ leui in qua perpetuo eſſent ſacerdotes, &

miniſtri tẽpli, hanc doctrinam tradidit Dominicus ſotus 4. ſenten. diſt. 20. quæſt. 1. art. 3. Albertus autem magnus 4. ſent. diſtin. 18. art. 14. dicit ſpiritualia veteris teſtamanti & noui quaſi ęquiuoce dici, illa enim ſunt ſpiritualia, quia ſignificant ſpiritualia, & huiuſmodi per ſæculares perſonas, & laicos diſpenſari poſſunt. Ex quibus ſane conſtat ſecundum Albertum non eſſe inconueniẽs talia ſpiritualia adminiſtrari per ſimplices laicos. Sed mihi magis probatur, vt dicamus reges ſcilicet Hæbreorũ in his quæ legis erant ſacerdotibus leuitici

generis nō præſcripſiſſe imò lib. Deutero. c. 17. habetur appellationes faciēdas eſſe à iudice ſæculari ad ſacerdotē, & in eodē loco iubet Deus regē, deuteronomiū à ſacerdote accipere. Ex quibus ſanè conſtat reges Hæbreorū aut nūquàm in his, quæ ad cultū Dei pertinent ſacerdotibus prẹſcripſiſſe, aut certè non niſi tyrannico imperio. Sed demus eos ſacerdotibus iure in ſpiritualibus præſcripſiſſe quid agere deberēt, non inde tamen fit conſequens, ſic & reges duceſque Chriſtiani ſacerdotibus quid agendum ſit præſcribere poſſe, nam non omnia, quæ in

veteri lege fiebãt in lege euangelica ſunt facienda quia ſi regum Hæbreorum ſtatus ad Chriſtianos reges traheretur, nonne etiam pontificum leuitici generis ſtatus eadẽ ratione ad noſtra tempora trahendus eſſet? Sit ergo vna ſolummodo tribus externo ſacrificio addicta, ſit vnum in mundo templum ſit vnus epiſcopus, at iſta iam putatis abolita, & irrita facta, ergo ſimili ratione, & ſtatus regum Hæbreorum. Sed dicerent fortaſſis, ſi quę in lege veteri fiebant ad tempus noui teſtamenti non trahuntur, cur pro pontificis Romani primatu Papiſtæ

ad

ad exemplum vnius Leuitici pōtificis, itemq; pro externo ſacrificio ad vetera ſacrificia cōfugiūt? Dico id factum eſſe non ſolū quia quicquid perfectionis erat in veteri lege, trahendum erat ad nouum teſtamentū, ſed etiam principaliter, quia ſic inſtitutum eſt à domino, dictum eſt enim Petro; Paſce oues meas, non dicit has vel illas, ſed in vniuerſum omnes, quòd qua ratione ſit à domino inſtitutum ad inſtitutionē vnius Leuitici pontificis confugiunt Theologi Catholici, nam multitudo perfectius regitur ab vno quàm à multis. Ad ſecundum

preter id, quòd dicere poſſumus ſtatũ Regum, & Ducum Hæbreorum non eſſe trahẽdum ad ſtatum Regum, & Ducum Chriſtianoram, reſpondetur quoque Moyſen non præfuiſſe ſacerdotibus, ut politicus princeps ſed ut ſacerdos, nam alioqui dicere oporteret regnum Hæbreorum nec non Ducũ fuiſſe ſacerdotibus mitras imponere, eorumq; manus initiare, pontificem induere, docẽdi munus arripere, altare ungere, & ſacrificium offerre, nam hæc omnia Moyſen feciſſe legimus, ut patet Exod. cap. 28. & 29. huiuſmodi ergo feciſſe arbitrandum

eſt

eſt quia ſacerdos Dei erat ut dixit Dauid; Moyſen (inquit) & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. Et hanc ſententiã confirmat Leo apud Alphonſum à Caſtro lib. aduerſus Hæreſes cap. Epiſcopus, et Frãciſcus Burſatus in primo volumine cõſiliorum conſi. 108. At replicãt non ideo Moyſen à Dauid ſacerdotem dici, quia fuerit vere ſacerdos, ſed quia hæros, & princeps erat, nam tales in ſacra ſcriptura ſacerdotes quãdoq; dici ſolent, vt patet. 2. Regum lib. cap. 8. vbi filij Dauid, ſacerdotes appellantur, &

dicuntur, vnde & in primo lib. Paralip. cap. 18. dicitur quòd filij Dauid erant primi ad manum regis, ubi gloſſa dicit, quòd erant priores & nobiliores, & Petrus comeſtor lib. 2. Reg. ca. 10. dicit, quòd erant ſacerdotes fili Dauid, ideſt poſt regẽ erãt cæteris digniores, in quem ſenſum volũt etiã nõnulli, et illud Exod. ca. 2. Iethro erat ſacerdos Madian intelligendũ eſſe, vt ſit ſenſus erat nobilis, & princeps apud Madian, & Anacletus diſt. 22. cap. Sacroſancta interpretatur hoc Diuidis dictum non de vero ſacerdotio, ſed de prioritate, erant (inquit) ſacerdotes

dotes hoc eſt, primi inter eos, & Caietanus in expoſitione pſalm. 98. dicit quòd Aaron fuit uerus ſacerdos, ſed Moyſes dictus eſt ſacerdos quia fuit fons, & origo ſacerdotij nã conſecrauit Aaron. Cæterum quãuis hoc nomen ſacerdos hæc omnia in ſacra ſcriptura ſignificet de Moyſe nihilominus dici non poteſt, quòd ideò ſacerdos dictus ſit quia fuerit ſolũmodo hæros, et princeps politicus, nã Dauid nõ coniunxiſſet ſimul Aaron & Moyſen cum non æqua ratione dicerentur ſacerdotes. Et confirmatur quia verum ſacerdotem diffiniens Apoſt. ad

Heb. cap. 5. dicit eum eſſe, qui eſt ex hominibus aſſumptus, & pro hominibus conſtitutus in his quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona, & ſacrificia pro peccatis, ſed Moyſes erat pro Aaron in his quę ad Deum, ut habetur exod. cap. 4. & pro populo, ut in Deuteron. cap. 5. Moyſes ergo erat verus ſacerdos, & in hunc modum arguit Alexander 4. parte art. 1. menbro. 8. quęſt. 20. Et quòd res ita ſe habeat patet, nā in verſiculo diſtinguit inter ſacerdotes, & inuocantes dominum, nam Samuel non erat ſacerdos ſed leuita, ut teſtatum reliquit Hieron.

ron.lib.1. aduerſus Iouinianũ: & D.Aug.in expoſitione Pſalmi. 98.et in hac re errauit Caietanus qui in prefati pſalmi expoſitione negauit Samuelem Leuitam fuiſſe. Philo quoq; iudæus lib.3.de vita Moyſis, et Dionyſius Areopagita lib. Eccleſ.Hierarchię cap.5.& Nazãizenus in oratione ad Gregorinm Niſſenum dixerunt Moyſen eſſe ſacerdotem nec illis fauet Anacletus, nã cum hoc nomen ſacerdos hæc duo ſignificet, non eſt mirum ſi aliorum ſequendo opinionem, & interpretationem dixerit Moyſen fuiſſe ſacerdotẽ, hoc eſt nobilem

inter

inter eos. Ex quibus omnibus cum conſtet hæc Moyſen non feciſſe, vt politicus princeps ſed vt ſacerdos non eſt, cur principibus Chriſtianis demus facultatē iudicandi de rebus eccleſiaſticis. Tertia vero ratio nullius eſt momenti, nam illa omnia facta ſunt ex conſilio ſummi ſacerdotis, vel ex reuelatione diuina vt habetur in lib. nu. cap. 27. & 3. lib. Reg. cap. 2. quo in loco Salomon abiecit Abiatar ex reuelatione domini. Quòd verò quarto loco obiicitur nihil cōcludit, concilijs quidē interfuerunt nonnullis Imperatores, nō ut de fide iudicarēt ſed

vt

*vt fidẽ tuerentur. Nec illis ſa-
uet ratio, quàm adduxit Nico-
laus diſt. 96. ca. Vbi nã, quàm-
uis enim fides ſit cauſa publica,
& communis, non eſt tamẽ om-
nium de illa iudicare, nam nũ-
quid quia iuſtitia eſt communis
omniũ cauſa, omniũ quoq; erit
illam adminiſtrare, & de illa
iudicare? At inquiunt inter lai-
cos multos doctrinis varijs per
politos in Theologia etiam exer-
citatiores inueniri, quam ſint
multi epiſcoporum, ab his ergo
cur non petendum potius iudi-
cium, quàm ab epiſcopis igno-
rãtibus, & cæcutientibus? Ve-
rùmtamen his dici poteſt illud.*

Ve-

Veterem in limo ranæ cę-
cinere quærellam.

Non eſt enim nouus mos, nouaue conſuetudo hæreticis epiſcopos vocare ignorantes idiotas in nullo præſtantes, ſic enim Arrius vocabat patres concilij Niceni vt recenſet Theodoritus lib. 1. ſuæ hiſt. cap. 8. & Socrates lib. 1. hiſt. eccleſiaſti. cap. 8. His ſauet Eraſmus apud Albertum Pium lib. 12. Sed demus hæreticis iſtis in concilio quoſdam & multos fuiſſe præſules, qui minùs eſſent in ſcripturis verſati, quám eorum exigeretur perſona, at non ideo hæreti-

 cis

cis doctis erant præſtantiores? Non nè præſtat proba ignoratione detineri (vt docuit Chryſoſto. hmil. 76. in Matth.) quàm falſa oopinione mancipari? Qui enim neſcit facilè ratione ducitur vt credat, qui verò ſcire credit cùm neſciat, non poteſt facile veritatem ſuſcipere. Sed ad rem noſtram, nunquid quia in populo priuati multi inueniuntur, qui maiori pollent ſcientia, quam qui à principe electi ſunt, ideoà ſuo ſolio ſunt deturbandi? Minimè certè, eorum igitur cùm ſit ſeruanda iuriſdictio, & ordinaria poteſtas illis à principe col-

collata, horum quoque epiſcopo rum ſcilicet iuriſdictio, & ordi naria poteſtas à domino in his quæ fidei ſunt illis collata ve- neranda eſt & ſuſpicienda, & à ſolio eorum epiſopali non ſunt arcendi. Et hinc colligitur er- ror Caluini qui dixit cuiusuis eſſe eccleſiam emendare, nam quamuis deus vnicuique man dauerit de proximo ſuo, omnia tamen honeſtè & ſecundum or dinem fieri voluit Apoſt. in priori ad corinth.cap.14. Verū- tamē præter id quòd conſequu tio non valet, falſum quoq; eſt Imperatores iudices fuiſſe in his, quę fidei ſunt, nam Con-

ſtan-

ſtantinus in cauſa Donatiſtarum ſi iudicauit, id fecit conſulendo paci, & eccleſiæ tranquilitati, vnde & appellare ad regẽ terrenũ in his quæ fidei ſunt vocauit rabidam furoris audaciam, vt dixit Optatus Mileuitanus. Et Thomas vvaldenſis Tom.i. Doct. Antiq. Fidei lib. 2. cap. 80. affirmat Conſtantinũ id inuite feciſſe, & Augu. Epiſt. 162. id factum fuiſſe affirmat, vt veniam peteret, & Theodoretus narrat Conſtantinum, non quidem cùm auctoritate in cõcilio Niceno conſediſſe, aut ſententiã dixiſſe, ſed ultimum ex omnibus ingreſſum

fuiſſe

ſuiſſe, & Ambroſius epiſt. lib. 5. epiſt. 32. fatetur Conſtantinum nullam legem poſuiſſe concilio & Athanaſius in Apolog. 2. diſtinguit iudicia epiſcoporũ, à iudicijs Imperatorum. Aiunt Conſtantinum concilium conuocaſſe indeque deducunt in cauſis fidei iudicaſſe. Cæterum non bene deducunt conuocauit etiã Nabucodonoſor rex ariolos magos, & maleficos caldeos, nunquid proinde de ſuis ſomnis iudicauit? Adde etiam quòd non valet conſequutio, conuocauit Imperator concilium ergo propria, & ordinaria auctoritate nam vt habetur in hiſt. Tripar.

lib. 4.

lib. 4. cap. 9. & 19. etiam ante concilium Nicenum regula fuit eccleſiaſtica, ne ſine Romani pontificis auctoritate concilia congregarẽtur. Quod igitur conuocauit concilium Nicenum Conſtantinus intelligi debet, vt intelligitur in ſacra ſcriptura, quòd Joſue pręcepit ſacerdotibus & Leuitis, vt amouerent archam Dei, nõ enim præcipiebat illis niſi iubente Eleazaro ſummo ſacerdote, ſi ergo conuocauit concilium, id factum eſt, conſulẽte ſummo pontifice, vnde et Tom. 1. conciliorum in decretis Syluestri Papæ habetur, quòd his temporibus factum eſt

concilium cũ conſenſu. Sylueſtri in Nicea Bithinię. Et quòd Imperatores eorũ regia poteſtate concilia non conuocarent inde conſtat, quia ſi Imratores ea ratione id feciſſent profecto quę ſine illorũ cõſenſu celebrata fuiſſent concilia irrita eſſent & nullius roboris, & propterea concilium in Act. Apoſt. cap. 15. celebratum quia nec iuſſu, nec Imperatoris conceſſione celebratum fuit nullius eſſet momenti, quo quid abſurdius dici poterat? Et non ab re ſummus Pontifex in congregandis concilijs Jmperatoris & Regum, nec non Ducum Chriſtianorum requirit conſenſum,

ſum, quia ut decet. D. Bernardus in epiſt. 243. cõcilia his auctoritatibus congregata ſanctiora, & firmiora eſſe videntur. Et in hunc modum intelligendum quoque eſt, in concilio Calcedonenſe, & in ſexta ſynodo generali conſtantinopolitana tertia, quod ibi fuerunt glorioſi iudices ſęculares, non quidem, ut iudicarent de fide, ſed an acta eſſent libera, & an vi vel metu eſſent facta. Horum omnium fides haberi poteſt, ex hiſce quæ tradidit Athanaſius in epiſt. ad ſolitariã vitã agentes & de Hoſio epiſcopo Cordubenſe: qui ad Conſtanti-

num Jmperatorem dixit; tibi Deus Jmperium commiſit, nobis quæ ſunt eccleſiæ concredidit. Suidas quoque narrat in verbo Leoncij, quendam Leoncium Tripolis Lidiæ epiſcopum fuiſſe, qui cum cæteros videret epiſcopos Conſtantij Jmperaris dicta cum plauſu excipientes, & Conſtantium inter epiſcopos præſidentem, eccleſijſque præſcribere volentem ad Conſtantium dixit: Ad ſolos id ſolummodo epiſcopos pertinere. Theodoretus quoque prefecto Conſtantij dicebat; Se nolle Conſtantio communicare, quia iudicabat de fide, & hanc

fuiſ-

fuiſſe. D. Martini ſententiam teſtis eſt Sulpitius lib. 2. ſacræ Hiſto. & propterea falſa mentiuntur noſtri temporis hæretici dum inquiũt Epiſcopos Imperatoribus, & regibus ſibi talia iudicia arrogare volentibus non obſtitiſſe, imò nec hæretici antiqui id facere auſi ſunt vt teſtis eſt Hoſius Confeſſ. Polon. cap. 24. & Nicolaus Sanderus lib. 2. de viſibili monarchia cap. 3. Nec illis fauet Ambroſius, qui & ſi videatur populo iudicandi poteſtatem dare in cauſis fidei, reuera tamẽ nec populus, nec princeps, aut alius præterquam epiſcopi iudicare habent

in cauſis fidei. Eſt enim duplex iudicium priuatū vnum, quod fit à ratione cuiuſque, publicum alterum, quod à magiſtratu eius ordinaria poteſtate exercetur, permittit ergo Ambroſius populo iudicare poſſe de fide iudicio priuato, non quidem ſimpliciter, ſed iuxta regulas Apoſtolorum & Sanctorum patrum. Conformis eſt ſententia Ambroſij ei quod à Luca narratur in Act. Apoſt. cap. 17. Paulus (inquit) & Silas ingrediuntur Synagogas Iudęorum Berrhææ, & qui ſummo genere nati erant receperunt ſermonem, cum omni promptitudine

quotidie ſcrutantes ſcripturas, ant hæc ita ſe haberent. Quo in ſenſu etiam Petrus Sotus prohibet, ne conciliorum ſpiritus iudicetur à laicis, & ſecularibus hominibus. Deſinat ergo hic Brentij impudentia, qui aduerſus Petrum Sotum virum doctiſsimum inuehit in hunc modũ Principes Iudæorũ Berrhoeæ probant, & exigunt ad ſcripturas ſpiritum tantorum Apoſtolorum, & aſotus prohibet noſtris principibus, ne conciliorum ſpiritum ad normã ſacræ ſcripturæ exigant. At vero decipittur Brentius, quamuis enim principes Judæorum

ſcrutarent ſcripturas an ita ſe haberent, non ob id tamen iudicandi poteſtatem de ſcripturis ſibi arrogarunt, nemo enim prohibet, quo minus vnuſquiſque ſcripturas ſcrutetur an ita ſe habeant quæ affirmantur in eccleſia catholica; at vero ſi ſecus alicui videbitur non propterea poteſtatē illi damnandi damus, iudicet priuato iudicio, ſed iuxta traditionem patrum, & ſi ſecus ei videbitur, iudicet ſe potius ob intelligentię tarditatem pleraq; nō eſſe aſſequutum, quàm illi, qui vnum aliquem in locum, ex vniuerſo terrarum orbe congregati, de cauſa

fidei diſceptaturi conuenerunt. Fieri igitur non poteſt vt reges Anglorum in ſpiritualibus immediate à Deo plenitudinem poteſtatis habeant.

Cap. 7. in quo ex determinatis oſtẽditur fieri nõ poſſe, vt epiſcopi in ſuis diœceſibus habeant plenitudinem poteſtatis.

ET ex his etiam colligi poteſt, quàm pernicioſiſſimus eſſet in eccleſia error illorũ, qui in concilio Tridentino tentabant determinari tantam eſſe Epiſcoporum in ſuis diœce

ſibus iuriſdictionem quanta eſt Papæ, in vniuerſo orbe. Qui enim affirmat epiſcopos, in ſuis diœceſibus tantam habere poteſtatem, quantam habet Papa in vniuerſo orbe, negare habet Petro commiſſas eſſe oues Chriſti ſimpliciter, & abſolute, quia quicunque plenitudinem poteſtatis habet, is caput, & princeps eſt, ac per conſequens ouis eſſe non poteſt, alioquin & Petrus ouis eſſet. Diceret tamen aliquis, epiſcopos oues eſſe Chriſti & paſtores in eorum diœceſibus. At vero decipiuntur nam qui plenitudinem poteſtatis eccleſiaſticæ habet im-

mediate eſt ſub Chriſto, & propterea ſi epiſcopi habent plenitudinem poteſtatis, non ſunt aſſumpti in partem ſolicitudinis ipſius Petri, nec ſunt oues Chriſti quia ſunt commiſſæ Petro, ac inſuper Petrus, non eſſet caput omnium eccleſiarum, nec eſſet paſtor ouium & paſtorum quod aduerſatur. D. Bernardo. Præterea dicant queſo mihi epiſcopi, an parochi in ſuis diœceſibus plenitudinem poteſtatis habeāt nec ne, certe affirmare non poſſunt eos plenitudinem poteſtatis habere cur ergo non habent? Nunquid parochorum auctoritas non eſt de iure

diuino? Si eſt ſicut & illa epiſcoporum cur vultis vos habere plenitudinem poteſtatis in tota veſtra diœceſi, & non vultis habere parochos? An fortaſis quia vobis eſt de iure diuino cura animarum veſtræ diœceſis demãdata non autem parochis, qui aſſumpti ſunt in partem ſolicitudinis? At vero ſi hac ratione vobis plenitudo poteſtatis conuenit, & nequaquam parochis, quia ſunt aſſumpti in partẽ ſolicitudinis cur cùm & vos aſſumpti ſitis in partem ſolicitudinis, plenitudinẽ poteſtatis in veſtris diœceſibus vobis arrogatis? Ac demum dicere epiſco-

pos

pos in ſuis dioeceſibus tantam habere poteſtatem, quantam habet Papa in vniuerſo orbe, eſt negare verbum Chriſti Petro ſingulariter dicentis; Paſce oues meas, non enim Petrus paſcere poteſt oues Chriſti, ſi vos in veſtris dioeceſibus plenitudinem poteſtatis habetis, quia in illis ſummus pontifex nullam haberet iuriſdictionem. Nec dicere poſſunt Papā paſcere oues Chriſti quia paſtores in eccleſia conſtituit, nam nonne, & paſtores ſunt oues Chriſti? A quo paſcuntur? A ſummo pontefice? Minime ex veſtra ſententia, ſunt enim Petro in ſuis dioeceſibus

æqua-

æquales, ergo Papa non paſceret oues Chriſti, ſi epiſcopi plenitudinem poteſtatis haberent. Unde & Origenes more ſuo philoſophatus in Matthe. cap. 16. dicit Christum his verbis; Tibi dabo claues regni cœlorum maiorem Petro promiſiſſe poteſtatem ligandi, & ſoluendi quam poſtea reliquis Apoſtolis aut dedit aut promiſſit; nam cum alijs omnibus Apoſtolis ligandi, & ſoluendi poteſtatem tribuit in cœlo tantum ſingulari numero explicans ſpondet fore ſoluta aut ligata, quæ illi ſoluerent aut ligarent ſuper terram,

ram, at cum Petro claues commiſit non vſus eſt, ſingulari numero ſed plurali numero ſignificauit in cœlis fore ſoluta. Si ergo Apoſtoli quibus epiſcopi ſuccedunt tantæ non fuerunt iuriſdictionis quantæ fuit Petrus, quo modo audent iſti in ſuis diœceſibus ſe Petro ęquales conſtituere? Cyrillus quoque Alexandrinus apud D. Thomam 4. ſent. diſt. queſt. 2. art. 2. q. 3. dixit; Vt membra maneamus in capite noſtro Apoſtolico throno Romanorũ pontificum, á quo noſtrum eſt quęrere quid credere, & quid tenere debeamus ipſum venerar-

rantes, ipſum rogantes pr ę omnibus quoniã ipſius ſolius eſt reprehendere, corrigere, ſtatuere, diſponere, ſoluere, et ligare loco illius qui ipſum ædificauit, & nulli alij quòd ſuum eſt plenum ſed ipſi ſoli dedit, cui omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tanquam ipſi domino Jeſu Chriſto obediunt, hanc ſententiam confirmat concilium Conſtantinopolinanum. Sed concludamus quis quæſo adeo demens eſt princeps, qui totam ſui principatus ſingulis miniſtris conferat auctoritatem? Nonnè id eſſet tot conſtituere principes in ſuo regno illi

æquales? Vt ergo miniſtri principum ex eo, quòd miniſtri ſunt & in partem ſolicitudinis ſunt à principe aſſumpti minoris intelliguntur poteſtatis quam ſit princeps, & quo magis à principe recedunt eo etiam ſunt minoris poteſtatis, ita profectò dicendum eſt de epiſcopis, & alijs eccleſiæ prælatis, vnde & ſumus Pontifex in cap. Dudum de præben. & dignit. in 6. affirmabat tantam non contuliſſe epiſcopo auctoritatem, vt maior quoque apud ipſum non ſit. Præterea omnis poteſtas ab alio deſcendens ſuapte natura eſt limitata, nam in ſolo principe

eſt

eſt poteſtatis plenitudo, ſed poteſtas epiſcopalis, & parochorum eſt à ſummo pontifice, & ab epiſcopo; quia epiſcopi ſunt aſſumpti in partem ſolicitudinis Petri, & parochi in partem ſolicitudinis epiſcoporum ergo eſt ſuapte natura limitata. Ex quibus deduci poteſt error Franciſci Cordubenſis lib. annot. catholicarum cap. 120. qui dixit, quòd in primitiua eccleſia facta epiſcopatuum diſtributione ſinguli epiſcopi in ſuo epiſcopatu omnimodam poteſtatem habebant, quia Cyprianus dicit, Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis epiſcopis pars in ſolidum

tenetur. Hoc enim præter id quod communi omnium Theologorum ſententiæ aduerſatur quia epiſcopi etiam in primitiua eccleſia Apoſtolis in omnimoda eorum poteſtate, non ſucceſſerunt, aduerſatur quoque rationi nũc allatę; fieri enim non poteſt, vt à ſummo Pontifice pendeant, & quod in eorum diœceſibus tantam habeant poteſtatem quantam habet Papa in vniuerſo orbe, tenet ergo & ſemper tenuerunt epiſcopi partem epiſcopatus in ſolidũ quia omnes tenentur paſcere gregem. Vel dicitur vnus epiſcopatus cuius partem in ſolidum

tenet vnuſquiſque epiſcopus, quia tantum poteſt vnus epiſcopus in ſua dioeceſi quantum alius in ſua. Et in hac re errauit Molineus apud Franciſcũ Vargam lib. de iuriſd. epiſcoporum confirm. 3. propoſ. 4. nam dixit quod erat vnus epiſcopatus, hoc eſt vna dignitas epiſcopalis, quam in ſolidum poſſidet vnuſquiſque epiſcopus ſub vno põtifice, veriſsimum quidem eſt vnũ eſſe epiſcopatum, vnam ſcilicet eſſe epiſcopalem poteſtatem, ſed hanc vnam ab omnibus epiſcopis in ſolidum poſsideri ſub vno pontifice falſum eſt, nec id affirmat cap. lo-

qui-

quitur 24. queſtio. 1. Sed dicit vnam eſſe poteſtatem epiſcopalem cuius pars vnuſquiſq; epiſcopus tenet in ſolidum, aſſumpti enim ſunt epiſcopi in partẽ ſolicitudinis Petri. Imo Vlpianus affirmat, & iuriſconſulti ſtatuunt duos in ſolidum dominos eſſe non poſſe vnius rei, ſed pro parte tantum, quomodo ergo ſi vna eſt epiſcopalis iuriſdictio tot epiſcopos habere poterit dominos in ſolidum? Sed diceret aliquis, quomodo ergo Apoſtoli vbique terrarum iuriſdictionem habebant? Dico ſolum Romanum Pontificem in ſolidum eſſe totius orbis epiſco-

ſcopum, quia ordinariã vbiq; terrarum habet iuriſdictionẽ, Apoſtoli autem cum illo non fuerunt domini in ſolidum, ſed exigente neceſſitate poterant quæ muneris erant Petri vbique exercere, ille enim dicitur tenere in ſolidum, qui ordinariè, & primo tenet, ſic ille dicitur dominus in ſolidũ alicuius rei, qui primo, & ordinarie illi rei dominatur, at Apoſtoli primo, & ordinariè iuriſdictionem epiſcopalem non habebant cum Petro in toto terrarum orbe in ſolidum, & propterea nõ erant in ſolidum vbique cum Petro Epiſcopi. Ex quibus omni-

nibus manifeſtum fit, quod dicebamus nempe ſolum Papam habere plenitudinem poteſtatis ubique terrarum, ac Regem Anglorum immediate a Deo plenitudinem poteſtatis in eccleſia anglicana non habere, poteſtatemque eccleſiaſticam eſſe collatam Petro, & eius ſucceſſoribus immediate à Deo.

Cap. 8 in quo determinatur quæſtio, quo iure Cardinales eligunt ſummum pontificem.

D*Iceret tamen aliquis concilia Conſtantienſe, & Baſilienſe dice-*

cere, quod ipſa ſynodus eſt legitime in ſpiritu ſancto congregata, eccleſiam catholicam militantem repreſentãs poteſtatem à Chriſto immediate habens. Si igitur ſynodus ipſa habet immediate poteſtatem à Chriſto, quomodo ergo dictum eſt Chriſtum vniuerſitati eccleſiæ immediate poteſtatem non tradidiſſe? Ad hanc quæſt. Gerſon in tract. de poteſtate eccleſiaſtica quẽ Almainus in lib. de comparatione Papæ & concilij immitatur cap. 6. arbitratur concilium eſſe ſupra Papam, quia tota auctoritas eccleſiaſtica in vtroq; foro reſidet in vniuer-

ſitate

ſitate eccleſiæ. Contra hanc opinionē eſt ſententia Joan. a turrecremata lib. 2. ſummæ Eccleſiæ cap. 71. & Caietani in opuſ. de comparatione Papę & concilij, arbitrantur enim auctoritatem eccleſiaſticam primo reſidere in prælatis illius, confitentur nihilominus Christum primo auctoritatem eligendi et creandi miniſtros eccleſiæ tradidiſſe eccleſiæ. Veruntamen vtramq; opinionē exiſtimo falſam eſſe, nam oſtendimus Chriſtum immediate elegiſſe Petrū, & Apoſtolos, & nullo Apoſtolorum requiſito conſilio vel conſenſu deſignauit quoque &

cere, quod ipſa ſynodus eſt legitime in ſpiritu ſancto congregata, eccleſiam catholicam militantem repreſentās poteſtatem à Chriſto immediate habens. Si igitur ſynodus ipſa habet immediate poteſtatem à Chriſto, quomodo ergo dictum eſt Chriſtum vniuerſitati eccleſiæ immediate poteſtatem non tradidiſſe? Ad hanc quæſt. Gerſon in tract. de poteſtate eccleſiaſtica quē Almainus in lib. de comparatione Papæ & concilij immitatur cap. 6. arbitratur concilium eſſe ſupra Papam, quia tota auctoritas eccleſiaſtica in vtroq; foro reſidet in vniuer-

ſitate

ſitate eccleſiæ. Contra hanc opinionẽ eſt ſententia Joan. a turrecremata lib. 2. ſummæ Eccleſiæ cap. 71. & Caietani in opuſ. de comparatione Papę & concilij, arbitrantur enim auctoritatem eccleſiaſticam primo reſidere in prælatis illius, confitentur nihilominus Chriſtum primo auctoritatem eligendi et creandi miniſtros eccleſiæ tradidiſſe eccleſiæ. Veruntamen vtramq; opinionẽ exiſtimo falſam eſſe, nam oſtendimus Chriſtum immediate elegiſſe Petrũ, & Apoſtolos, & nullo Apoſtolorum requiſito conſilio vel conſenſu deſignauit quoque &

ſeptuaginta diſcipulos, ſed Apoſtolis ſucceſſerunt epiſcopi, & ſeptuaginta ſacerdotes inferiores, ergo auctoritas creandi epiſcopos, non eſt immediate collata eccleſiæ, ſed Petro vt diximus. Jus ergo paſcēdi vniuerſam eccleſiam cum penes Pontificem Romanum reſideat, & immediate illud à Deo habeat dicere oportet falſam eſſe opinionem Gerſonis, & Almaini, qui arbitrantur Pontificem Romanū a concilio immediate auctoritatem capere. Cumque epiſcopalis auctoritas immediate ſit á domino, dicere oportet poteſtatem dicendi votum ſuum

in

in cõcilio immediate eſſe à Deo & non à concilio vel à ſummo pontifice. Huic opinioni ſubſcripſit Dominicus Sotus 4. ſent. diſtin. 20. quæſt. 1. artic. 4. Et confirmatur nam ſupra in Caluinum, & hæreticos dictum eſt dominum noſtrum inſtituiſſe regimen monarchicum non ſimpliciter, ſed vna cum ariſtocratico, ſunt ergo epiſcopi ſenatores Papæ, atque vt ſenator à principe inſtitutus ſtatim votum ſuum dicere poteſt auctoritate à nullo alio expectata, ita & epiſcopi cum ſint à domino eccleſiæ principe inſtituti ſenatores, ſtatim vota ſua dicere

poſſunt nulla expectata auctoritate alia à ſummo pontifice. Et confirmatur nã Papa cum concilium congregat nullum facit ius epiſcopis dicendi votum ergo à Chriſto epiſcopi auctoritatem habẽt conſultandi in concilio. Sed dicet fortaßis quiſpiam in concilijs præcitatis affirmari quod concilium repreſentat uniuerſalem eccleſiam, & quod immediate habet auctoritatem à Deo, videtur ergo quod poteſtas eccleſiaſtica in vtroque foro, ſit penes vniuerſitatem. Reſpondeo concilium dici repreſentare vniuerſalem eccleſiam non quidem il-

la ratione quaſi epiſcopi ſint ſuorum populorum procuratores, ſed quia ſunt capita ſingularum eccleſiarum. Et dicitur habere auctoritatem à Deo immediate, quia poteſtas eccleſiaſtica, eſt à Deo in pontificem Romanum immediate. At contra (inquiunt hæretici) quia ſi auctoritas creandi ſummum pontificem, eſt penes vniuerſitatem Cardinalium multo magis videtur quod poteſtas eccleſiaſtica ſit immediate demandata vniuerſitati fidelium, nam Cardinales non eligunt ſummum pontificem niſi nomine epiſcoporum vniuerſalem eccleſiam re-

repreſentantium. Sunt hic opiniones, nam quidã dicunt Papam dupliciter conſiderari poſſe nempe quo ad perſonam, et quo ad auctoritatem, primo quidem modo ſi conſideretur Papa exiſtimãt ius eligendi ſpectare ad epiſcopos ſunt enim ſenatores Papæ, ſed ſi conſideretur ſecundo modo quo ſcilicet ad auctoritatem, cum illam à Christo habeat immediate nullo modo ab epiſcopis eligitur. Sed contra hanc determinationem dubitari poſſet, quia ſi electio ſummi pontificis ad epiſcopos ſpectat, quomodo ergo Cardinales eligunt ſummum pontificem?

cem? Dubitari quoque poſſet, num ſummus pontifex poſſit ſibi ſucceſſorem inſtituere nullo vel Cardinalium aut epiſcoporum requiſito voto vel conſilio. Priori dubio facit ſatis Dominicus Sotus 4. ſent. diſtin. 20. quæſt. 1. art. 4. quod ſcilicet Cardinales non eligunt ſummum pontificem nomine totius eccleſia quaſi totus populus habeat auctoritatem eligendi Papam ſed nomine epiſcoporũ ad quos de iure ſpectat electio ſummi pontificis, tamen cum non poſſint electioni intereſſe ſine magno diſpendio, & multo tempore electio Cardinalibus eſt com-

miſſa. Huic ſententiæ videtur manus dare doctiſſimus, et excellens dominus meus Franciſcus Burſatus conſiliorũ Tom. 1. conſ. 108. num. 18. vbi dicit quod poteſtas eligendi ſummum pontificem, eſt Cardinalibus indefinite tradita, vt citius eccleſiæ vniuerſali prouideatur. Ex quibus ſane concludi poteſt quod ius eligendi ſummum potificem, non eſt niſi delegatum in Cardinalibus Illuſtriſ. & hanc opinionem ſequitur Paludanus apud Joan. turrecrematam diſt. 23. arti. 2. cap. In nomine Domini, & ibidem Præpoſitus Cardinalis Alexan.

Sed contra Sotum obijci poteſt, ſi enim Cardinales ius habent eligendi ſummum pontificem, ne pontificis Romani electio ſit epiſcopis diſpendioſa, vel multum retardetur, conſequens ſit quod remotis hiſce duabus cauſis epiſcoporum ſit eligere Pontificem Romanum veluti cum eſt concilium congregatum tunc enim epiſcopi ſunt præſentes, at epiſcopi in concilio congregati non poſſunt ſummum eligere Pontificem, vt patet in concilio Lateranenſi in quo obijt Iulius ſecundus poſt quartam concilij ſeſſionem, & Cardinales ſolito more conclaue in-

grediuntur, Leonemque decimum ſeptimo die eligunt. Si igitur Cardinales nulla alia de cauſa ius eligendi ſummũ Pontificem habent niſi vt electio non ſit epiſcopis diſpendioſa, & in multum tempus protrahatur certe epiſcopi tũc in cõcilio congregati voluiſſent iure ſuo vti. Præterea ſi ad Cardinales ius eligendi ſummum Pontificem his ſolummodo de cauſis ſpectat profecto falſum eſſet, concilium non poſſe Cardinales iure illo priuare, nõ enim eſt adeo vrgens cauſa, vt nunquam aliter poſſit euenire, ſed Franciſcus Burſatus loco citato exi-

ſti-

ſtimat ius tale apud Cardinales nec impediri nec abrogari poſſe per concilium, & Paludanus apud Joan. Turrecrematam diſt. 23. artic. 2. cap. In nomine domini exiſtimauit quod Papa ſine eſſenſu generalis concilij non poſſet à ſtatu Cardinalium ius eligendi ſummum pontificem auferre, & alijs dare in quos vniuerſalis eccleſia nunquam conſenſit, & his omnibus adſtipulatur Cardinalis Alex. in præfato cap. In nomine domini, ſi igitur nec conciliū generale nec Papa poteſt Cardinales iure iſto eligēdi ſummum pontificem priuare videtur ergo

quòd in eis tale ius non ſit delegatũ, ſed ordinarium. Præterea nulla alia ratione Cardinales Illuſtriſ. epiſcopos vbique terrarum dicunt præcedere poſſe, niſi quia ſunt maioris auctoritatis, & iuriſdictionis quàm epiſcopi qui non ſunt aſſumpti in partẽ ſolicitudinis Papæ niſi in vna diœceſi, at Cardinales ſunt aſſumpi in partem ſolicitudinis totius orbis, vnde et Ioan. Turrecremata dicebat auctoritatem dominorũ Cardinalium, non reſpicere tantum diœceſim vnam, aut prouiuciam vnam, ſed vniuerſum orbem, quod etiam confirmari poteſt ex hi-

ſce

*ſce quæ dicuntur à ſummo pon-
tifice cũ aſſumuntur, nam illos
ita alloquiturſummus Pontifex
vt retulit Archiepiſcrpus.3.
parte tit.21.c.1. Eſtote fratres
mei & principes mundi, ſi igi-
tur ſummus pontifex aſſumit
Cardinales ad regimen totius
orbis, & epiſcopos ad regimen
vnius diœceſis vel prouincię
conſequẽs ſit Cardinales epiſco
pis maiores eſſe, & proinde ab
illis non dependere. Hæc ſunt
quæ rem ipſam in controuerſiã
& dubium ponunt, nunc quid
ſentiendum ſit aperiamus. Pro
ſolutione igitur huius arduę dif-
ficultatis Reſtaurus in tract.de*

Im-

Imperatore qō. 99. retulit ſummi Pontificis electionem vario modo obſeruatā fuiſſe, nā ut docuit Chriſtophorus Marcellus lib. 1. ſacrarū cæremoniarū. cap. 2. aliquando ſummus ipſe Pontifex elegit, & nominauit ſibi ſucceſſorem, ut patet de Petro qui nominauit Clementem, & Ciriacus nominatur ab Anthero & Marcellus à Liberio, et Liberius à Leone quarto, et Cæleſtinus a Bonifacio, ut retulit Franciſcus Burſatus Tom. 2. cōſ. conſilio primo & ſic ius eligēdi ſummū pontificē ad ipſum ſpectabat pontificē. Veruntamen ius quoq; eligendi ſummū

Pon-

Pontificẽ ad Imperatores ſpectaſſe Canoniſtæ colligunt ex c. Adrianus & c. ſequ. diſt. 63. & ex c. Si duo diſt. 79. & cap. Cum longe §. Electiones & capit. Agatho. diſtinctione 63. ſic etiam Illuſtriſ. Io. Hieron. Albanus. in 2. parte lib. de poteſtate Papæ. num. 214. deducebat, ſed poſtea (inquiunt) pientiſſimi Imperatores illa ſe poteſtate abdicarũt iuſtiſsimis de cauſis, vt notat Baldus in capit. Olim de reſcriptis, & Auguſt. de Anchona lib. de poteſtate Papæ quæſt. 3. arti. 7. Ioan. Hieron. Albanus loco citato. Et quòd tali iuri renunciauerint habe-

tur

tur eadem diſt.63.cap.Valentinianus, & in ca.Omnis & in cap.Ego Ludouicus, & in cap. Conſtitutio. Sed ni fallor ex ca. Valentianus non habetur Imperatorem huic iuri renunciaſſe, hortatur enim ibi Imperator Valentianus epiſcopos ad electionem epiſcopi mediolanenſis eccleſię, & talem eos eligere debere dicit cui ipſe poſſet ſincere caput ſuum ſubmittere. Ex quibus ſanè habetur verum eſſe quòd Gratianus dicit in eadem diſtin.cap.Cùm longè. ſ. Electiones, nimirum ius eligendi vel ſummum pontificem uel alium eccleſiæ prælatum non

ideo

ideo collatum dici Imperatori, vel regibus uel principibus aut populo quaſi quòd ipſi teneantur & poſſint electioni intereſſe, ſed quod non poßent ſic à clero electi inthronizari niſi habito beneplacito Imperatoris, ſacerdotum eſt eligere præſules; quòd etiam confitetur Valentianus in præfato cap. Valentianus, & Adrianus Papa vt habetur in c. Nullus laicorum in eadem diſt. prohibet ſub anathematis pœna ne quis laicorum cuiuſcunque dignitatis ſit ſe ingerat electioni aut promotioni Patriarchæ Metropolitæ aut cuiuslibet epiſcopi, hoc idē

ba-

habetur in 8. ſynodo, & in cap. Adrianus præfatę diſt. & Nicolaus Lothario regi ſcribens dicit: Epiſcopum auctoritate Apoſtolica, & non regio fauore eſſe eligendum ut in ca. Porro ſcias diſt. 63. quàm ſententiam confirmauit concilium Pariſienſe cap. ſi per ordinationem, & cõconcilium Laodicenſe cap. Non eſt prætermittendum, & in ſecunda actione ſynodi ſextæ, quæ fuit trecentorum quinquaginta epiſcoporum determinatur irritam eſſe electionem epiſcopi vel pręſbiteri à principibus factã cap. Omnis, & Martinus Papą cap. Nõ licet diſt. 63.

quòd

quòd ergo apud nonnulla concilia, & in reſcriptis pontificum, & in eorundem conſtitutionibus reperitur, quòd populus, uel princeps electioni interſit intelligi debet non quòd uocetur ad electionem faciendam hoc eſt, ad uotum ſuum electiuum præſtandum ſed ad conſenſum ſuũ electioni adhibendum, quòd etiam confirmauit Cardinalis Præpoſitus diſt. 22. ca. In nomine domini. Et mirum eſt quomodo canoniſtę Imperatorem iuri de eligendis pręſulibus dicant renunciaſſe in cap. Omnis, & in cap. Non licèt, cùm nec uerbum quidem habeatur de renuncia-

tione, imò cum ſint verba concilij, et Martini Papę, quomodo erunt Imperatoris iuri de eligẽdis præſulibus renunciantis? Nec cap. Cum Adrianus vel Ego Ludouicus id probãt, in c. Cum Adrianus nil aliud habetur niſi quòd Adrianus eligitur ad pontificatum inconſultis legatis Imperatoris ne legati principũ credãt ſe ius haberæ in electione Romani pontificis, & in cap. Ego Ludouicus nõ plus habetur quàm quòd electio Romani pontificis poßit libere fieri à Romanis, & ne verbum quidem de renunciatione habetur. Exiſtimo igitur ſummum

pon-

pontificem aliquando Imperatori, & Regibus, & Chriſtianorũ principibus ius feciſſe nõ quidem eligendi præſules ſed iudicandi de electione, id enim fieri poteſt, ut habetur in 8. ſynodo, & apud Gratianũ cap. Adrianus in 2. diſt. 63. & colligi poteſt ex concilio Trident. ſeſſione 23. cap. 4. et apud Auguſt. de Anchona lib. de poteſtate Papæ q. 2. quod ergo legitur in dicto ca. Adrianus; Adrianũ ſcilicet vna cùm Vniuerſo concilio Carolo regi tradidiſſe ius eligendi ſummum pontificem, & ordinandi eccleſiam Romanã intelligi debet cõcilium vna cùm

ſum-

ſummo pontifice illi feciſſe ius iudicandi de electione non quidē ſimpliciter ſed durante occaſione, & periculo ne in eccleſia tā vniuerſali, quàm particulari eſſet ſchiſma, vel oriretur, qua ſublata occaſione ius non ſolum eligēdi, ſed etiā de electione iudicandi ut antea etiā fuit tranſlatum eſt, ad dominos Cardinales cùm conſenſu tamen populi Romani. Verùm cùm variis cōtrariisq; vulgi ſeditionibus atque ſtudiis, & aliquando principum uiolētia in electione ſummi pontificis, uel ſaltem in prębendo conſenſu creberrimi tumultus, contentiones, rixę atq;

etiam

etiam cruentiſſimę pugnę committerentur ſæpeque altero per vim deiecto alter Cathedram occupabat, res Romanę eccleſię in maximam perniciem deuenerant; nam paruo annorum interuallo decem diuerſorum meritorum viri Petri ſedem tenuerunt; Benedictus nonus Syluester tertius Gregorius ſextus Clemens ſecundus Damaſus ſecundus Leo nonus Victor ſecundus Stephanus nonus Benedictus decimus, cui (inquiũt nonnulli) cum fuiſſet ſucceſſor Nicolaus ſecundus põtifex maximę prudentię, & ſanctitatis ut tantis malis obuiaret anno ſalutis

lutis 51. ſupra mileſimum in cō cilio Lateranenſi ſacram legem dedit de electione Romani Pon tificis, per ſacrum ſenatum Ro manæ Eccleſiæ cardinalium per agendam eſſe, quam deinde in Concilio ſenenſi Alexander tertius, & in Lugdunenſi Gre gorius decimus, & in Vienenſi Clemens quintus confirmarūt. Et Alexander tertius in conci- lio generali ſtatuit ut ille de- mum canonice electus cenſere- tur in quem due colegij partes conſenſiſſent. Ex quibus volūt nonnulli à tempore Nicolai ſe- cundi Cardinales ius nedū eli- gendi ſummum Pontificem ſed

etiam de electione iudicandi libere nullo populi Romani expectato conſenſu acquiſiuiſſe. Huius opinionis videtur Chriſtophorus Marcellus lib. 1. ſacrarum cæremoniarum cap. 2. Blōdus apud Remundum Ruphū pro poteſtate pontificis, & Cardinalium lib. contra Molineū. At vero exiſtimo ego ab initio naſcentis eccleſiæ Cardinales habuiſſe ius eligendi ſummū Pontificem, & Cardinales à B. Petro inſtitutos fuiſſe teſtis eſt Stephanus vt habetur. 79. diſt. cap. Oportebat, & Thomas vualdenſis cap. 54. arti. 3. lib. 2. Doct. Antiq. fidei, ex

illo enim canone habetur, ex inſtitutione Petri, & illius ſucceſſorum eligendum eſſe in pontificem vnum ex Cardinalibus ergo in Romana Eccleſia fuerunt Cardinales ab initio naſcentis Eccleſiæ. Et fauet huic ſententiæ quod dixit Christophorus Marcellus lib. 1. ſacrarum cęremoniarum cap. 2. Petrum ſcilicet, diuina inſpiratione ſenatum Romanę Eccleſię inſtituiſſe cum quo omnia ardua Eccleſiæ explicaret, & cum Clementem ſibi ſucceſſorem nominaſſet, ſenatus nominationem illam admittere noluit. In contrarium tamē ſunt mul-

ti

ti ex doctoribus inter quos videtur Innocentius in cap. Cum re de re iudicata; & citatur à Paulo Burgaſio parte ſexta de irregularitatibus cap. de ſimonia videtur enim affirmare quod Cardinales ortum habuerint à Conſtantino Imperatore, & huic ſententiæ ſubſcripſit Oldradus conſil. 63. nam in cap. Conſtantinus nil dicit Imperator de Cardinalibus, ſed de clericis tantum. Alij vero ſub Marcellino ortos fuiſſe prædicant. Sunt vero alij qui Cardinales multo in Eccleſia antiquiores putant aiuntque ſub Pontiano ortum traxiſſe.

Pontianus autem, vt affirmat Platina fuit Anno Domini 45. ſupra ducenteſimum. Claudius autē Pariſienſis in ſuo tractatu de origine cardinalatus affirmat Cardinales vices Apoſtolorum tenere, nā, (inquit) Apoſtoli poſſunt tripliciter conſiderari, primo vt principaliter Christo aſtiterunt ante eius aſcenſionem, in quo quidem ſtatu omnes pares fuerunt, neque Petrus eis præerat ſed omnes erant ſimplices ſacerdotes. Secundo Apoſtoli Chriſti aſtiterūt Petro tamquam primo paſtori ante Apoſtolorum diuiſionem, & ſeparationem ab ipſo Petro,

in quo quidem ſtatu Petrus præerat in nouo teſtamēto poſt Chriſtum Dominum, in hoc autem duplici ſtatu Cardinales Apoſtolos repreſentant in hocq; aſſiſtunt Papæ qui eſt Chriſti vicarius & Petri ſucceſſor. Tertio modo cōſiderari poſſunt Apoſtoli nēpe, vt ſeparati, & in orbē terrarū diſperſi, & ſic Apoſtolis non ſucceſſerunt Cardinales ſed Epiſcopi, vt habetur in cap. In nouo diſtin. 21. & apud Vrbanum Papā in cap. videntes. 12. quæſt. 1. hanc conſiderationem fecit etiam Jo. Turrecremata. 2. quæſt. 7. cap. Quemquam num. 5. & in cap.

In nomine domini diſtin. 25. art. 2. & Antoninus 3. par. ti. 21. cap. 1. & Aug. de Ancona lib. de poteſtate Papę quęſt. 3. artic. 1. & Ludou. Roman. conſi. vlt. & Antonius paganus lib. de iuriſdictione epiſcoporum. Veruntamē horum virorum conſideratio præter id quod a Soto 4. ſen. diſt. 24. q. 2. art. 4. deridetur, mihi quoque non probatur, nam Cardinales dicebantur clerici Romanæ Eccleſiæ vnde erant ſimplices ſacerdotes & diaconi, non quidē ſine honore & pompa vt credidit Paulus Burgaſius parte ſexta de irregularitatibus cap. de

ſimo-

ſimonia, ſed in ſumma venera-tione quia vt colligitur ex con-cilio Meldenſi cap. 54. Cardina-les dicti ſunt à titulis Cardina-libus et primis, & eos in hono-re fuiſſe colligitur ex ca. Si quis Papa diſt. 79. quo in loco electo-res Papæ honore priuantur ſi Papa ſuperſtite pro Romano pō-tificatu cuipiam quolibet modo fauorem pręſtiterint & ibidem in cap. Conſtantinus decernitur clericos Romanę eccleſię eo di-gnos eſſe honore quo ſenatores Jmperij honorantur, ſi igitur Cardinales, vt tales erant ſim-plices ſacerdotes et diaconi, cō-ſequens fit quod potius ſucceſſe-

*rint ſeptuaginta quam Apoſto-
lis in cap. per venerabilem qui
filij ſint legitimi ſummus Pon-
tifex atteſtatur Cardinales le-
uiticis ſacerdotibus ſucceſſiſſe,
quomodo ergo Apoſtolis ſucceſſe
runt et ab initio naſcentis eccle-
ſiæ non fuerunt? & Stephanus
Papa diſt. 79. cap. Oportebat te
ſtatum reliquit à S. Petro inſti-
tutum fuiſſe vt vnus ex Car-
dinalibus in ſummum Pontifi-
cem eligeretur; ſed Stephanus
iſte fuit anno domini 61. ſupra.
200. Syluester autem fuit circa
annum domini 315. & ſic de-
tegitur error illorum, qui di-
cunt Cardinales ſub Syluestro*

& Con-

et Cōſtantino cepiſſe. Et falsū eſſe exiſtimo in edicto Conſtātini nil de Cardinalibus dici, clerici enim ibi nominati nil aliud ſunt quam quos nunc Cardinales uocamus, nam quamuis etiam ante Silueſtrum à titulis primis et ab ecclesia Romana, quę dicitur caput & cardo diuina diſponēte gratia ut habetur in c. Sacroſancta diſt. 22. dicerētur Cardinales crebrius tamē clerici Romanæ eccleſiæ nuncupabantur. Et nō ſolum clerici & Cardinales ſed etiam filii eccleſiæ Romanæ dicebantur vt habetur in cap. Si quis ex & in cap. Nullus diſtin. 79. & huius rei

teſtimonium haberi poteſt, quia Silueſter vt habetur.2.quæſt.5 cap. Præſul & ante Silueſtrũ Stephanus Papa in cap. Oportebat diſt.79. vocat eos Cardinales. Sotus tamen quarto ſent. diſt.24.quæſt.2. art.4.dubitat an in cap. Præſul nomen Cardinalis verè ſignificet Cardinalẽ an potius ſignificet principalẽ, uam illic Papa pluris eſtimat epiſcopum quem niſi in ſeptuaginta duobus teſtibus damnari non permittit quam præsbiterum Cardinalẽ, quem in quinquaginta quatuor condemnandum cenſet. Sed iſtud Soti argumentũ admodũ eſt leue nã

cum epiſcopus ratione ordinis & dignitatis ſit maior Cardinali, vt Cardinalis eſt, non inconuenit ſecundum iura antiqua ſummum Pontificem plus epiſcopum quam Cardinalẽ eſtimaſſe, & hac fortaſsis ratione ſi presbiteri Romani qui in cõcilio Lateranenſi ſub Gregorio. 2. poſt epiſcopos ſubſcripſerũt ſunt qui nunc Cardinales dicuntur, poſt epiſcopos ſubſcripſerunt. Et multo minus verùm eſt ortos fuiſſe ſub Marcello, qui fuit anno trecenteſimo quarto. An uero originem habuerint à Põtiano qui fuit anno ducẽteſimo trigeſimo dubitatur à quibbuſ-

dam ſed qua ratione in huiuſmodi inciderint dubitationem mihi ſatis non eſt manifeſtum, cum Stephani teſtimonium ſit omni & quacunque ratione uel authoritate maius. Dicerē igitur Cardinales à Petro inſtitutos fuiſſe & Cardinales aliquādo clericos Romanę eccleſię cui ſeruiunt aliquādo cōſiliarios ut 12.q.2.ca.Eccleſiaſticis & 16. q.1.cap. In parrochia vocatos fuiſſe, & quos canones vocarunt conſiliarios in cap. Fundamenta in 6. de electione, vocantur Cardinales & propterea mihi non probatur opinio Dominici Sotto qui loco citato exi-

exiſtimat in concilio Niceno & ſynodis Conſtantinopolitanis vſque ad ſextam ſub Nicolao ſecundo non fuiſſe Cardinales, nam quamuis non legatur hoc nomen Cardinalis, qui tamen ibi clerici Romanæ eccleſię dicebantur nunc Cardinales vocantur. Et quòd non ſit res noua ſatis colligitur ex cap. In nomine domini quòd ab hinc quingentis annis, & plus factum fuit, & in illo cap. appellantur cardinales non tanquam res noua ſed longe vetuſtior. Horum neceßitas inde oſtenditur quia Chriſtus regimen in eccleſia ſua con-

conſtituit monarchicum cùm cõſilio ſapientum at iſti ſapientes Papæ conſiliarij epiſcopi nõ ſunt quia oportet eos à Papa abeſſe, reſidere enim oportet, vt ſupra diximus, Cardinales ergo neceſſum fuit inſtituere qui eſſent Papę ſenatores, & conſiliarij. Hugo etiam lib. 2. de ſacramentis aſſignat cauſam cur oportebat Cardinales inſtituere quia (inquit) ſedes Apoſtolica cunctis in orbe terrarum prefertur eccleſijs atque cùm ſuper ſe metropolitanum habere non poſsit Cardinales metropolitani officio funguntur, qui videlicet electum pontificem ad

Apoſtolici culminis apicem pro uehunt. Et hoc eſt quòd dixit Chryſtophorus Marcellus lib. 1. ſacrarum cæremoniarum ca. 2. Petrum ſcilicet ex inſpiratione diuina ſenatum eccleſiæ Romanæ inſtituiſſe, cum quo omnia ardua eccleſiæ explicaret. A principio ergo naſcentis eccleſię Cardinales fuere illisq; Petrus fuit ſtipatus quòd negabat Vuitclef. Sunt ergo Cardinales in eccleſia Romana ueluti ſenatores, ut dicit Hieron. lib. 5. in Eſaiam prophetam, et iuxta ſententiam. D. Bernardi in epiſt. 188. ſunttãquã Aaron, et ur, quorum intererrat deter

minare

minare, et iudicare iurgia lites, & contentiones, unde & Paulus Burgaſius loco citato retulit iuxta quorundam opinionē Cardinales ſucceſſiſſe ſacerdotibus Leuitici generis quorum erat litigia determinare, et his manus dedit Innocentius cap: Per venerabilem qui filij ſint legitimi, & Io. Turrecremata c. Quamquam 2.q. 7. nu. 4. Antiquitus autem cardinales dicebantur clerici Romanæ eccleſię ut probat Thomas Valdenſis loco citato auctoritate. D. Aug. non omnes tamen clerici dicebātur Romanę eccleſię clerici ſed illi ſolummodo qui primi erant inter

ter alios vnde & D. Aug. lib. 1. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 6. vocat præſbyteros grandioris partis Cardinales & (inquit) Donatiſtas ad ſimilitudinem catholicorum conſtituiſſe Cardinales, & Leo nonus in epiſt. aduerſus Michaelem, & Leonem cap. 32. reddens rationem cur clerici Romanæ eccleſiæ Cardinales dicerentur (inquit) ideo Cardinales dici quia vicinius cardini illi adherent quo cętera mouentur nempe ſummo pōtifici & Ioan. Turrecremata 2. q. 7. dicit quòd triplici de cauſa clerici Romanę eccleſiæ Cardinales dicti

ſunt

ſunt primo quidem à Romana eccleſia cui ſeruiunt quæ ut (inquit) Anacletus in cap. Sacroſancta diſt. 25. caput & cardo eſt omnium eccleſiarum. Secundo quia ſicut cardine hoſtium aperitur, ut habetur prouer. ca. 25. ita dominorũ Cardinalium conſilio, & aſſenſu ſummus pontifex regit diſponit atque gubernat vniuerſalem eccleſiam, ac demum dicuntur Cardinales hoc eſt principales, vt habetur 7. q. 1. c. Paſtoralis, & 21. q. 1. cap. Relatio, ſunt enim principales in eccleſia, & eorum conſilio, & regimine tota eccleſia, uniuerſaliter diſponitur, & gu-

ber-

bernatur, & Innocentius, in cap. Cum te exponit cap. Eccleſia habet ſenatum de Romana, quæ habet ſenatum Cardinalium. Prꝫterea certum eſt Romanꝫ eccleſiꝫ clericos eos dictos fuiſſe q̃ titulis præerãt ſed tituli præeminẽtiam quandam habebant, vt colligi poteſt ex concilio Meldenſi cap. 54. non ergo clerici omnes in Romana eccleſia clerici Romanæ eccleſiꝫ dicebantur ſed ſolummodo illi, qui erant ob titulũ ſummo pontifici cæteris viciniores, & confirmatur, quia Greg. lib. 2. Regiſt. epiſt. 13. ſcribens Terracinꝫ eccleſiꝫ dicit ſe illi inſtituiſſe

Agne-

Agnelum, in cardinalem ſacerdotem, cum igitur Gregorius vocet Epiſcopum cardinalem ſacerdotem, exiſtimo quoque non quoſcunque clericos Romanæ eccleſiæ, ſed eos ſolummodo, qui titulis præſidebant Cardinales vocatos fuiſſe, & propterea 7. queſt. 1. cap. Paſtoralis appellat Joan. ſquilitanæ eccleſiæ epiſcopum cardinalem, & in hac interpretatione veniunt nonnulli apud Paulum Burgaſium loco citato, & Hoſt. & Joan. Andreas in cap. Dilectus in. 1. de præbendis dicunt nullam eſſe dignitatem eccleſiaſticam poſt Papa-

tum maiorem cardinalatu. Ex quibus omnibus colligitur ab initio naſcentis eccleſiæ, à B. Petro inſtitutos fuiſſe Cardinales, vt eſſẽt ſenatores, et electores ſummi põtificis, quod etiam confirmauit Ioan. Turrecremata 2. q. 7. cap. quamquã nu. 4. & huic opinioni fauet opinio illorũ, qui dicunt, quod et ſi Petrus nominauit Clementem nibilominus clerici Romanę eccleſię non acquieuerunt nominationi factæ per Petrum, ſi ergo non acquieuerunt & alium inſtituerunt profecto habebant ius eligendi. Unde conuincitur falſa illorum opinio, qui affirmant

ad epiſcopos ſpectare ius el gendi ſummum Pontificem, & Cardinales in huiuſmodi electionem non habere niſi ius delegatum, nā ſi conuincitur quod à B.Petro ſunt inſtituti ſenatores Romani pontificis, & illius conſultores quomodo habēt ius eligendi ſummum pontificē ab epiſcopis? Si enim nihil eſt in eccleſia Dei excepto Papatu maius Cardinalicia dignitate quomodo eorum non erit ordinaria poteſtate eligere ſummū pontificem? Nonne procerum eſt regem eligere, at Cardinales in monarchia eccleſiaſtica proceres ſunt, nā aſſumpti ſunt

ut

vt ſint fratres Papę, & principes orbis terrarum, illorum ergo erit eligere ſummum pontificem. Præterea ſi epiſcoporum eſſet eligere ſummum pontificem illorum quoque eſſet ipſum intronizare ac per conſequens omnes epiſcopi ſimul eſſent veluti Papæ metropolitani, at Papa cum ſit ſupra omnes eccleſias, vt dicit Vgo loco citato, non habet metropolitanum ergo neceſſum fuit inſtituere ſenatũ habentem ius eligendi, & intronizandi ſummum pontificem. Prę terea exiſtimandum eſt dominum noſtrum optimum inſtituiſſe in eccleſia ſua regimen,

ſed

ſed omnes bene inſtitutæ Reſpub. non ſolum habent vniuerſalem ſenatum, ſed etiam paucorum, ergo & Romana eccleſia caput omnium eccleſiarum neceſſum eſt habere non ſolum ſenatum vniuerſalem ex omni mundi parte, vt eſt ſanatus epiſcoporum, ſed etiam oportet habere ſenatum particularem, & paucorum. Pręterea quemadmodum ſi alicuius eccleſiæ capitulum haberet ius eligendi ſuum epiſcopum, nō eſſet tamen dicendum quod ſupra ſuum eſſet epiſcopum: at ſi epiſcopus ab alio ſibi non ſubiecto eligeretur fortaſſis dici poſſet ab illo pende-

re

dere, ita ſi ſummus pontifex à ſuis eligitur clericis nulli dubiũ eſt quod ab illis non pendet, at ſi ab epiſcopis eligeretur, & intronizaretur confirmareturque profectò dubitari poſſet num ab illis aliquo modo dependeret. Præterea Joan. Turrecremata.2.q.7.capit. Quemquam hoc diſcrimen ponit inter auctoritatem epiſcopalem, & Cardinalitiã, quod epiſcopi aßumpti ſunt in partem ſolicitudinis vnius diœceſis, at Cardinales in partem ſolicitudinis totius vniuerſi, ſi ergo epiſcopi aßumpti ſunt in partem ſolicitudinis vnius diœceſis, ergo epi-

ſcoporum non erit agere & tractare de his quæ pertinent ad vniuerſalem curam niſi ſint à ſummo pontifice ſpeciali mandato vocati, quia non ſunt vocati niſi in partem ſolicitudinis huius diœceſis, ſed eligere ſummum pontificem eſt res ad uniuerſum orbem ſpectans, & ad huiuſmodi munera obeunda uocati ſunt Cardinales, ut ab illorum inſtitutione ſatis patet, ergo Cardinalium erit iure ordinario eligere ſummum pontificem. Et confirmatur quia Aug. 2.q.7.cap. Quamquam dicit Hieronymum non epiſcopum eſſem maiorē Aug. epiſcopo quod

equidem

equidem intelligendum eſt ratione Cardinalitiæ dignitatis, unde & Papa in Cardinaliũ creatione ut retulit Antoninus 3.par.tit.21.c.1. dicit: Eſto te fratres mei, et principes mundi. Et hinc colligitur falſum eſſe quod nonnulli dicunt Hieron. ſcilicet, non fuiſſe Cardinalem: Et propterea laudare non poſſum Archiepiſcopum 3. parte tit.21.cap.2.§.9. qui dubitans quomodo Cardinales ſummum eligant Pontificem dicit ex ipſa electione videntur ſummo pontifice maiores quemadmodum et ſummus pontifex, quia epiſcopos conſtituit, videtur il-

lis maior. Huic dubitationi reſpondendo dicit quod Papa poteſt dupliciter conſiderari vno modo quo ad perſonam alio modo quo ad dignitatẽ, hoc ſecundo modo nõ eligitur Papa à cardinalibus ſed ſolum primo modo, & propterea non ſunt maiores Papa. At vero dicat mihi nonne etiã et epiſcopi hoc modo à ſummo eliguntur pontifice cur ergo illis maior dicitur ſummus pontifex non autem cardinales ſummo pontifice? Dicerẽ igitur ego ꝙ aliud eſt loqui de electione facta à ſummo pontifice; & aliud de electione facta à capitulo uel cardinalibus,

cum enim ſummus pontifex eligat epiſcopos in partem ſolicitudinis, neceſſum eſt aſſumptos electosq; minores eſſe eligente, quemadmodum etiā cùm princeps aſſumit miniſtros eo ipſo intelliguntur principe minores quia aſſumpti ſunt in partem ſolicitudinis, capitulū igitur, & Cardinales quia non aſſumunt Petrū in pontificem in partē ſoſolicitudinis, ſed ut ſit princeps & caput, & totius Reipub. curam gerat hac ratione nequeunt cardinales pōtifice maiores dici. Et q̄ cardinales ex Petri inſtitutione eligant ſummū pontificē inde patet, quia ut diximus

in concilio Lateranenſi Cardinales creant, & eligunt Leonē decimum epiſcopis in concilio cō gregatis non reclamātibus. Sed dices, ſi cardinales habent à Petro ius eligendi ſummum pontificem cur ergo concilium Piſanum creat Alexandrū quintum, & concilium Conſtantienſe creat Martinum quintum? Abbas in ca. Licet de electione retulit in cōcilio Piſano, et Conſtantienſe multum diſputatum fuiſſe ad quos de iure ſpectaret electio Papæ conueniebantque omnes de iure ad Cardinales ſpectare quandocunq; eccleſia Papa caret vel per mortē vel

per

per reſignatiouem, at cū eſt ſine Papa per priuationem factam in concilio, & per concilium tunc ad concilium ius eligendi Pontificem dicebant ſpectare. Huius opinionis videtur Abbas loco citato Barbatius in c. de translatione de officio legati Joan. Gerſon. in tract. de poteſtate eccleſiæ in vndecima conſideratione, & Vgo famaguſtanus in parte 3. cap. 3. idque probant per cap. Si duo diſt. 79. Verumtamen decipiuntur iſti, ſi enim ius eligēdi pontificē eſt indefinitæ traditū cardinalibus, vt citius eccleſiæ vniuerſali prouideatur profecto dicendū eſt,

etiã tẽpore ſchiſmatis in quo in cõcilio proceditur ad priuationẽ ius eligẽdi ſpectare ad Cardinales, certũ eſt enim ꝙ nulla alia de cauſa in Repub.bene inſtituta ex multis ſenatoribus pauci determinãtur, niſi vt citius ad electionem procedatur, cum igitur ſint determinati Cardinales ad electionem ſummi pontificis iuxta veſtram ſententiam, vt citius vniuerſali eccleſiæ prouideatur, ſiue in concilio deceſſerit Papa vel reſignauerit aut per priuationem fuerit depoſitus, certè ius eligendi ſpectabit ad Cardinales nam maxima epiſcoporum, multitudine

cito ſuccurri nequit neceſſitatibus eccleſiæ uniuerſalis. Cùm igitur iuxta horum ſententiam ius eligendi ſummum pontificem ſit Cardinalibus delegatum ut citius neceſſitatibus uniuerſalis eccleſię ſuccurratur quod commodius fit paucioribus quàm multis dicere oportet etiam concilio congregato ius eligẽdi ſummum pontificem ad epiſcopos non ſpectare ſed ad cardinales. Referunt quoq; Imperatores Carolus, et Ludouicus c. Sacrorum canonum diſt. 63. eſſe ſacrorum canonum, ut epiſcopus eligatur à ſuo clero, ergo erit Cardinalium eligere ſummum

pōtificem. Vnde et Onuphrius lib. de pontificis, & cardinaliū creatione recenſet prefatos ſummos pontifices à Cardinalibus electos fuiſſe, hoc idem recenſet Platina in vita Alexan. quinti. Et quàmuis Martinus quintus ſit creatus non ſolum à Cardinalibus ſed etiam ab adiunctis nonnullis ex omnibus nationibus epiſcopis, nō eſt tamen dicendū ius eligendi nō ordinarie expectare ad cardinales, ſed potius cū cardinales viderent eſſe in eccleſia Dei ſchiſma et tumultus eſſet opinionū de iure eligendi ſummū pontificem in concilio ne dū uellent ſuū defen

dere ius eccleſiæ obeſſent, uolue runt potius pro illa vice ſecum habere epiſcopos ex omni natione quàm per ſeipſos pontificem eligere. Vel fortasſis id factum eſt approbãtibus cardinalibus, vt ſcilicet ex omni natione teſtes haberent ſe canonice Papã elegiſſe. Nec cap. Si duo, probat q́ intendunt aduerſarij, nã vt dicit Joan. Turecrem. capitulũ illud duos tãgit caſus in quibus ſuccurrẽdũ eſt eccleſiæ in ſchiſmate, primus caſus eſt, cũ duo contra ius electi ſunt, & de illorum iure nulla habetur certitudo & neuter illorum eſt idoneus, tunc enim nullus illorum

eſt admittendus, ſed tertius eſt eligendus. Vel etiam ſi alter illorum eſſet idoneus ſed magnum eſſet ſchiſma ſi maneret. Secundus caſus eſt quando duo ſunt electi, & dubium ſit inter contendentes qui ſit vere electus, tunc datur remedium veniendi ad nouam electionem, & qui in noua electione à maiori parte vniuerſitatis fuerit electus pro vero, & legitimo Papa habeatur, ſed vniuerſitas illa non ſignificat concilium ſed vniuerſitatē ad quam de iure ordinario ſpectat electio pōtificis.

Cap.

Cap. 9. in quo determinatur an ſummus pontifex poſsit ſibi ſucceſſorē nominare, & eligere.

AD ſecundam dubitationē an ſcilicet ſummus pōtifex poßit nominare, & eligere ſibi ſucceſſorē, dicunt nōnulli quòd non, nā Petrus nō elegit Clemētem ſed ſolummodo nominauit, vt clerici Romanæ eccleſiæ ſcirēt quem pro tali cura probaret optimum. His fauet. D. Auguſt. Tom. 2. vbi recenſens ſummorum pontificum Romanorum ſucceſſionem: Petri ſucceſſorem facit Linum, & Lini Clementē, quibus

ad-

adſtipulatur gloſſa 8. queſt. 1. ca. Si Petrus, & Joan. Turrecremata ibidem. Sed his aduerſatur Joan. Papa huius nominis tertius in præfato ca. quo in loco ſummus pontifex dicit; Petrum ſibi Linum, et Cletum aſciuiſſe eis tamen auctoritatem pontificij aut ſoluendi vel ligandi normam non tradidiſſe ſed ſucceſſori Clemēti qui ſedem Apoſtolicam poſt eum, & poteſtatem pontificalē tradente ſibi D. Petro tenere promeruit. Hieron. quoque lib. de ſcriptoribus eccleſiaſticis retulit multos latinorum dixiſſe Clementem eſſe ſecundum à B. Petro inter pon

tifi-

tifices Romanos , & lib. 1. de virginitate contra Iouinianum facit Clementem Petri ſucceſſorem, & in lib. de geſtis Romanorum pontificum ex Damaſo cap. de Clemente dicit : Hic ex precepto B. Petri ſuſcepit eccleſię pontificatum gubernandum ſicut ei fuerat à Domino Ieſu Chriſto cathedra tradita vel commiſſa , & in commentarijs in Eſaiam prophetam cap. 52. hoc idem probat, & Clemens in Epiſt. ad Iacobum fratrem domini, & lib. 7. conſt. Apoſtolicarum cap. 45. hanc eandem confirmat ſententiam & his omnibus manus dedit Molonus

qui-

quidam Hiſtoricus apud Paulum Burgaſium parte ſexta de irregularitate cap.de Symonia. Nec mihi ſit probabile quod gloſſa, & alij dicunt loco citato Clemẽtem ſcilicet, pontificatum reſignaſſe aut certe clericos Romanæ eccleſiæ factũ Petri non probaſſe, qui.n. fieri poterat ut tãti uiri factum & conſilium non probarent aut quod Clemens pontificatum reſignaret aut quod clerici nõ admitterẽt? Si.n. adhuc uiuente Petro illi à Petro cathedra tradita fuerat ſicut & illi à domino, quomodo electioni de ſe factæ aut non conſenſit aut poſt Petri mortem fa-

ēti pęnituit? Huic doctrinæ manus dedere Vgo & Jo. Turrecremata diſt. 79. cap. Si trāſitus. At dices. D. Aug. loco citato Clementē Lino ſucceſſorem feciſſe quomodo ergo facimus nos Clementē Petri ſucceſſorem immediatū? Dico id euenire quia Petrus coadiutores ſibi aſſciuit linum et Cletum vt dicit Io. tertius ante mille annos, nā cū neceſſe eſſet vt Roma aliquando Petrus abeſſet & vrbs ſine epiſcopo eſſe non poſſet vt dixit Epiphanius li. 1. to. 7. hęreſi 27. coadiutores ſibi aſciuit Linū et Cletū ſed Linus extremū diem concludens viuente adhuc Petro

Cle-

Cletus in officio vici Papę ſuccedit vna cum clemente & inſtante paßione Petri ordinatur Clemens in epiſcopum Romæ ac proinde dicitur ſucceſſiſſe Lino & Cleto. Eſt ergo Clemens papa primus à B. Petro & ſucceſſori lini & Cleti in vicepapatu, & ſic etiam intelligendus venit Ignatius in epiſt.ad Mariã Zarbenſem cum dicit; Cum eſſes Romę apud Papam Linũ cui nunc ſucceſſit Clemens; fuit enim illa Romę apud Papam Linum hoc eſt apud vicepapam & vicarium papæ nam adhuc Petrus viuebat & pontificatum non reſignauerat & Lino

ſuc-

ſucceſſit Clemẽs in vicepapatu. Quis vero ſucceſſor fuerit Clementis & quamobrem hallucinetur Euſebius in Chronicis nõ eſt pręſentis negotij ſat enim eſt probaſſe Petro Clementem vſque ad mortem ſucceßiſſe. Veriſsima ergo eſt ſententia quod Petrus nominauerit & elegerit ſibi ſucceſſorẽ quod etiam oſtendunt verba D. Petri à Clemẽte relata in epiſt. ad Jacobum fratrem domini: Audite (inquit Petrus) me & fratres & conſerui mei quoniam ſicut edoctus ſum ab eo qui me miſit dies mortis meę inſtat; Clementem hunc epiſcopum vobis ordi

no cui ſoli meæ prædicationis et doctrinæ Cathedrã trado, ſed quæſo cur ei reuelauerat Chriſtus diem mortis; ſi non vt ſibi de ſucceſſore prouideret? Verũtamen id in legẽ trahendum nõ eſt, nam cum pontificatus Romanæ eccleſiæ fuerit in Aarõ præfiguratus vt dixit Iſidorus lib.2. de origine officiorum cap. 5. & retulit Thomas Vualdenſis cap.30. arti.3. lib.2. doct. Antiq. fidei, quod etiam confirmat D. Aug. quæſt. 42. in lib. nu. Vt ergo in veteri teſtamẽto Deus non ſolum Aaron, ſed & filios illius ſacerdotio ornauit & his nondum contentus de ſucceſſione

ne

ne quoque eſt ſolicitus vt patet Exod. cap.28.29.quo in loco Aaron. & filij eius inſtituuntur ſacerdotes & in lib. Num.cap. 20. ſolicitus eſt de ſucceſſione in pontificatu, ſic etiam in nouo teſtamento figurę veritas reſpõdet; Chriſtus enim ſacerdotium inſtituens ſecundum ordinem Melchiſedech primo Petrum inſtituit, & his non eſt contentus ſed moriturus Petrus exuit ſe ſummi pontificis poteſtate in ueſte Aaronica figurata, nam velamen poteſtatem ſignificat vt docet D.Hieron in priori ad Corinth. ca.11.et illã Clementi tradidit.

Et

Et in hac re errauit Antonius Paganus lib. de iuriſdict. epiſcoporum qui contra ſacrã ſcripturam & communem omniũ opinionem credidit & affirmauit in veteri lege Aarõ non fuiſſe ſummum ſacerdotem & pontificem, ſed quod Moyſes fuerit ſummus ſacerdos & epiſcopus contendit probare. Dicamus ergo Petrum inſtituiſſe Clementem non hac quidem ratione vt legem faceret, aut vt ius ſucceſſoribus ſuis eligendi & ſucceſſorem inſtituendi daret, ſed vt adimpleret figuram, ſucceſſionem quoque pontificum æque á Deo inſtitutam eſſe ſicut &

pon-

pontificatus vt oſtenderet, & demum ne quis argueret poteſtatem pontificiam, quam cum illo adminiſtrarunt Linus Cletus & Clemens eſſe communitati traditam, ſed vni ſoli. unde et Joan. Turre cremata apud Gratianum diſtin. 79. cap. Si tranſitus Papæ affirmat ſummum pontificem non poſſe ſibi ſucceſſorem inſtituere & cap. Si tranſitus, oppoſitum non dicit, poteſt enim pontifex dum viuit de ſui ſucceſſore deliberare de conſilio fratrum illius quomodo ſcilicet ſit eligendus quomodo non, at inſtituere nullo modo poteſt. Cum igitur Cardina-

dinales ſummum pontificem eligant vt clerici Romanę eccleſię & non vt epiſcoporum procuratores conſequens ſit quod ſi decederēt omnes Cardinales electio Papæ non ſpectaret ad epiſcopos ſed ad clericos Romanæ eccleſiæ, & in hac re errauit Auguſt. de Ancona & Archiepiſcopus. 3. par. cap. 2. §. 6. qui dixerunt tutius eſſe in hoc caſu congregare concilium ex vniuerſo orbe, quam ſententiam confirmabat Præpoſitus Cardinalis diſt. 22. cap. In nomine domini, nam ſi hęc vera forent fieret conſequens Cardinales ſummum eligere pontificem vt epiſcoporum

pro-

procuratores ꝙ improbauimus? Ex quibus omnibus ſatis manifeſtum redditur quam nimiũ ſectarij & hæretici euangelio & veritati aduerſentur, cum enim non ſint eccleſiæ miniſtri nec à Deo uocati tanquam Aaron, ſeſe nihilominus ad dogmata fidei explicanda tamquam iudices intromittunt, et confeſſio Auguſtana arti. 14. hos reprehendit dum de ordine eccleſiaſtico docet, quod nemo debeat in eccleſia publice docere aut ſacramenta miniſtrare niſi rite vocatus. Aiunt nihilominus ſe rite vocatos eſſe, quia eccleſia ſemper extraordinarijs in

diguit miniſtris, veluti præter Apoſtolos rerum eccleſiaſticarũ ordinarios miniſtros in primitiua eccleſia habuit euangeliſtas ſic in præſentiarum nunc nouis & extraordinariis miniſtris vtitur Deus ad illam ab Antichriſti defectione euocandam. At uero decipiuntur & Manicheũ immittãtur, qui ut retulit D. Aug. ſcribebat; Manicheus Chriſti Apoſtolus, cui reſpõdit, nego te eſſe Apoſtolũ Chriſti, oſtendant quæſo vnde a Deo ſint conſtituti eccleſiæ miniſtri extraordinarij certe id oſtẽdere non poſſunt, at nos bene vniuerſo orbi palã facere poſſumus eos nul-

nullo modo extraordinarios mi niſtros à Deo conſtitutos eſſe, quia quot quot à Deo extraordinariè ad populũ docendum miſsi fuerũt omnes extraordinarium et ſufficiens teſtimoniũ habuerũt quod à Deo eſſent miſſi, moyſes quidẽ cęteriq; prophetę, qui prophetauerunt vſq; ad Chriſti aduentũ hoc teſtimoniũ habuerunt. Moyſes n. dixit mihi non credẽt attulit ſigna id ſimiliter fecerunt allij prophetæ. Io. Bapt. nõ ſine miraculo oritur & circumciditur et uita eius in maxima fuit admiratióne, Chriſtus ut oſtẽderet ſe à Deo miſſum eſſe extraordinario vtitur

miraculorũ teſtimonio; quod et ſuis contulit Apoſtolis, unde Chriſtus de ſeipſo loquens dixit apud Io. cap. 15. ſi non ueniſſem & loquutus eis non fuiſſem peccatum non haberent nunc autẽ excuſationem non habent, & reddens rationem dixit; ſi non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit peccatum nõ haberent: Et de Apoſtolis dicitur: Illi autem profecti prędicauerũt, domino confirmante ſequentibus ſignis. Aiunt nihilominus teſtimoniũ habere extraordinarium, quia ut illi à Deo miſſi in ſinagoga perſequuti sũt à ſinagoga, ita et ipſi ab ecclesia Romana perſe-

quun-

quuntur, paruo quoq; tẽporis in teruallo longè lateq; ſunt diffuſi, quod vtiq; ſignum eſt eos à Deo miſſos ad eccleſiam ab antichriſti defectione reuocandam Sed hęc nihil ſunt, vt probẽt ſe à Deo miſſos, quia & ſi à Deo miſsi in antiqua ſinagoga ſint, perſequuti id tamẽ nõ eſt factũ ab omni ſinagoga ſed ſolummodo ab idolatris regibus, & perſequuti in ſinagoga ſchiſma nõ fecerunt, at ſectarij ab eccleſia requiſiti de ſigno illorũ extraordinariæ legationis ſchiſma fecerunt in eccleſia Dei, quod utiq; ab illis omnem tollit fidem, vt patet 3. Reg. lib. cap. 22. vbi cũ

rex Iſrael circiter quandringẽtos cõgregaſſet falſos prophetas Ioſaphat illis non adhibuit fidem, quia ſchiſma fecerãt in ſinagoga. Adde etiã Arriũ Photinum Sabelliũ, cæteroſq; illius farinæ dracones eccleſiam perſequutos fuiſſe, & peſſundaſſe, & tamen non erant nec veri Apoſtoli nec extraordinariè à Deo miſsi. Præterea hæreſis Arriana, vt fulgur vbiq; diffuſa eſt, at nunquid ideo Arrius erat legitimus euangelij miniſter? Amplius ſi ſicarij iſti extraordinariam habent legationem verbi Dei ad Eccleſiã ab antichriſti defectione reuocandã

quomodo verum eſt quod ait Apoſt. Eccleſiam ſcilicet eſſe columnam & fundamentum veritatis? Si enim eſt columna veritatis quomodo deficere poteſt? Et ſi Chriſtus dixit: Et portæ inferi non prꝙualebunt aduerſus eam quomodo ad antichriſtum inclinat, & à Chriſto recedit? Et ſi à Chriſto non recedit, et ab illo deficere non poteſt quomodo audent dicere ſe hac de cauſa extraordinarie à Deo miſſos eſſe ad reuocandam ab antichriſti defectione eccleſiã? Prꝙterea; ſi reuocant eccleſiam ab antichriſti defectione ad quid reuocant, ad Apoſtolos ne,

an ad lutherum Caluinum, & alios ſectarios? Ad Apoſtolos eam reuocare dicere non poſſunt quia illorum doctrinam in Apoſtolos reſoluere non poſſunt, & hanc preſertim verbi Dei extraordinariam legationem, quia vt Clemens Romanus retulit, lib. 4. recog. Petrus Apoſ. cauit vt nulli doctorum crederent, niſi ei, qui Jacobi fratris domini ex Jeruſalem detulerit teſtimonium vel eius quicunq; poſt ipſum fuerit, at iſti ſectarij ne dicam ſicarij, & Apoſtatæ nullum habēt ſignum quod eorum legatio ſit à Deo. Ac demum Paulus Apoſt. extraordinarius

Apoſtolus à Deo electus, et doctus vt ipſe teſtatum reliquit ad Galat. cap. 1. & 2. ſed illius doctrina non fuit doctrinę Procerum, & patrum eccleſiæ contraria ſed omnino ſimilis at vos proceribus & eccleſiæ patribus contradicitis, & aduerſamini, ergo veſtra legatio non eſt à Deo. Præterea Paulus vt patet loco citato contulit euangelium ſuum cum Apoſtolis & cum vniuerſa eccleſia per Apoſtolos repreſentata, at vos nullo modo doctrinam veſtram ad lydium conciliorũ lapidem conferre vultis, quod aduerſatur D. Paulo dicenti ad Galath.

 quod

quod poſt annos 14. ex Dei reuelatione aſcendit Jeruſalē hoc eſt ex Dei prȩcepto ad conferendum euangelium, ergo non habetis hanc extraordinariam legationem à Deo. Preterea conſtituti Apoſtoli à Chriſto extraordinarij legati ad reuocandam gentilitatem ab Idolatria ſimbolum habebant, at vos nedum vobis ipſis ad inuicem, ſed etiā vnus ſibi aduerſatur, legationem ergo non habetis extraordinariā. Prætereà Paulus à Deo immediate electus ex Dei nihilominus ordinatione, & præcepto ſubijcitur ordinario iudici, vt patet Act. cap. 13. ſegregate mi-

mihi Paulum & Barnabã ad opus ad quod aſſumpſi eos, demus ergo vobis à Deo electos vos eſſe verbi Dei extraordinarios prædicatores, at nũquid præterea non tenemini vos ab ordinarijs verbi Dei iudicibus iudicari, & mitti? Hinc palam fit quam ſint parum memores ſui officij Epiſcopi quidam, qui concionatores nullo aut paruo premiſſo examine admittunt. Paulus enim electus à Deo ex Dei reuelatione hoc eſt præcepto diuino cogitur ſe iudici ordinario verbi Dei ſubijcere, & Epiſcopi audent nulla vrgenti de cauſa prædicatores etiam inui-

ſos ad prędicandum in eorum diœceſibus admittere? Id enim non niſi urgenti de cauſa fieri debere exiſtimarē nā paſtor ordinarius de quibus ipſe rationem redditurus eſt coram Deo. Veriſsima igitur ſunt quæ ab initio diximus poteſtatem ſcilicet eccleſiaſticā uniuerſitati, aut optimatibus non eſſe traditā ſed Pont. maximo qui eſt Monarcha, & Epiſcopos aſſummit in partem ſolicitudinis, & Cardinales ut ſint illi coadiutores ad uniuerſum regendum.

FINIS.

INDEX.

A

Abſolutionis miniſter qs ſit ſecundum Lutherum,& Vuirclef. 20
Apoſtoli quando fuerunt inſtituti epiſcopi. 19
Apoſtoli quomodo Matthiam conſtituerunt apoſtolum. 51
Apoſtoli quomodo plenitudinē poteſtatis vbique terrarum dicantur habuiſſe. 71
Apoſtoli non ſunt vicarij eccleſiæ ſed Chriſti. 12

B

BRentius reprehenditur. 64

C

CAluinus reprehenditur. 34
Cardinales ſunt fratres Papæ. 96

Car-

Cardinalatus eſt prima dignitas poſt papatum. 94
Cardinales fecerunt ſibi donatiſtæ. 93
Cardinalis nomẽ nõ eſt nouũ. 91
Cardinales vnde dicti. 89. & 93
Cardinales ſucceſſerunt potius ſeptuaginta quã Apoſtolis. 88
Cardinales ſunt in eccleſia dei ex ordinatione Chriſti. 31
Cardinales non ſunt in poſſeſsione eligendi ſumum põtificem ex conſuetudine. 32
Cardinales quo iure eligant ſumum pontificem. 75. & 95
Cardinales cur præcedant epiſcopos. 78
Cardinales ab initio naſcentis eccleſiæ habent ius eligendi ſumum põtificem. 85
Cardinales inſtituti ſunt à Petro. 85
Cardinales antiquitus dicebãtur clerici Romanæ eccleſiæ. 87
Clemens an ſit primus à Beato Petro. 103

Cletus fuit vicepapa. 105
Concilia ſunt epiſcoporum. 50
Concilijs interfuerunt Imperatores ſed de fide non iudicauerunt. 57
Concilia congregari non debēt ſine Romani pontificis auctoritate. 61
Concilia iudicari non debent à laicis & ſecularibus hominibus. 64
Conciliũ quomodo dicatur habere auctoritatē à deo immediate. 75
Conſtantinus iudicauit cauſam donatiſtarum. 47. & 60
Conſtantinus nullam legem poſuit concilio Niceno. 60
Conſtantinus quomodo conuocauit concilium Nicenum. 61

D

DOmini duo totius vnius rei in ſolidum eſſe non poſſunt. 70

E

ECcleſiæ Rom. ſunt commiſſæ oues in vniuerſum. 38
Eccleſia Rom. eſt prima inter omnes eccleſias. 37
Eccleſiaſticus ſtatus non eſt popularis. 28
Eccleſia Rom. non eſt prælata alijs eccleſijs conſtitutione ſinodali ſed euangelica voce domini. 25
Electio ſummi pontificis fuit vario modo obſeruata. 79
Epiſcopus vt ſtatim eſt epiſcopus votum ſuum dicere poteſt in concilio. 74
Epiſcopi quō dicantur tenere in ſolidū partē epiſcopatus. 30
Epiſcopi, in primitiua eccleſia plenitudinem poteſtatis non habebant. 69
Epiſcopo nil maius eſt in eccleſia Dei. 29
Epiſcopus non ab homine ſed à Deo habet promotionem. 11

Epiſcoporum eſt alios conſecrare epiſcopos. 26
Epiſcopi cur Papę non aſsiſtant. 31
Epiſcopi plenitudinem poteſtatis in ſuis dioeceſibus habere non poſſunt. 65
Epiſcopi ſunt aſſumpti in partem ſolicitudinis Papæ. 69
Epiſcopus eligi debet à clero. 108
Eraſmus reprehenditur. 39

H

Hæretici ſemper epiſcopis iniurij fuerunt. 58
Henricus octauus rex Anglorũ reprehenditur. 41

I

ILliricus reprehenditur. 28
Imperatores quomodo dicantur aliquando habuiſſe ius eligendi ſummũ pontificem. 81
Imperatores quomodo dicantur iudices in concilijs. 62

Iſchi-

Iſchiras laicus ſacerdotalia exercebat. 47
Iudas fuit epiſcopus. 18

L

Linus extremum diem concluſit viuente Petro. 105
Linus fuit vice Papa. 105
Lutherani ſunt morte digni. 47

M

Matthias non eſt inſtitutus à multitudine Apoſt. 17
Melchiſedech quis fuerit. 52
Mollineus reprehenditur. 13
Moyſes non præfuit ſacerdotibus vt polliticus princeps ſed vt ſacerdos. 54
Moyſes ſecũdum Albertum magnum non videtur vere ſacerdos. 49
Moyſes erat verus ſacerdos. 55

P

Papa quomodo dominatur Bononiæ, Romãdiolę, & alijs Regnis. 13

Papa

Papa habet vtriuſque poteſtatis apicem. 14
Papa non debet ardua explicare ſine conſilio cardinalium. 32
Papa quis ſit. 44
Papę poteſtas. 68
Papa ſolus plenitudinē poteſtatis habet. 71
Papa à concilio auctoritatē non habet. 73
Papa dupliciter conſiderari poteſt. 75
Papa an poſsit ſibi ſucceſſorem inſtituere. 76.103
Papa eſt monarcha. 31
Papa congregato concilio à quibus eligi debeat. 103
Paulus fuit immediate à Deo electus. 9
Petrus primus populū ad fidem conuertit. 39
Petrus maiorem poteſtatem habuit quam cęteri Apoſtoli. 67
Poteſtas eccleſiaſtica non eſt immediate in prelatis vel vniuerſitate. 33

Poteſtatem eccleſiaſticam tentarunt multi collocare immediate in vniuerſitatem. 7
Poteſtas eccleſiaſtica non eſt immediate in tota eccleſia. 7
Poteſtas Chriſti & eius vicarij ſunt eiuſdem rationis. 11
Poteſtas eccleſiaſtica non pendet à plebe 13
Poteſtas eccleſiaſtica eſt monarchicha. 15
Poteſtas eccleſiaſtica ſi eſſet popularis Chriſtus non eſſet caput eccleſiæ. 33
Poteſtas eccleſiaſtica erat ante reges Chriſtianos. 46
Præſbiteri generant filios eccleſiæ. 27

R

Regimẽ optimum eſt monarchicum cum conſilio optimatum. 30
Regimen eccleſiaſticum non eſt mixtum ex ariſtocratico & democratico. 34

Regia poteſtas eſt ſacerdotali poteſtate inferior. 43
Rex anglorum nõ eſt immediate conſtitutus à Deo iudex in ſpiritualibus. 41

S

Sacerdotis nomen quandoq; ſignificat heroem. 55
Sacerdotes in lege naturę creari poterant à Rèp. 51
Sacerdotes in lege ſcripta non poterant à Rep. creari. 52
Sacerdotes proprie non ſunt omnes Chriſtiani. 22
Sacedortes regnum cęlorum aperiunt. 42
Sacerdotium Chriſti cur ſit ſacerdotio legali excellentius. 42
Sorte eligere in ſacra ſcriptura quid ſit. 17

Z

Zacheus laicus ſacerdotalia exercebat. 147

FINIS.

ERRATA.

a car. 8	*vbi prĩcipiatus*	*dic principatus.*
17	*tonſtituere*	*conſtituere.*
19	*arch:epiſcopas*	*archiepiſcopus.*
23	*Acerdos*	*Sacerdos.*
23	*de ciuite*	*de ciuitate.*
28	*Ariſtocatico*	*Ariſtocratico.*
28	*ſiguificat*	*ſignificat.*
31	*ſommo*	*ſummo.*
35	*peiorbus*	*peioribus.*
35	*num*	*vnum.*
37	*tardo*	*trado.*
39	*ſcythias*	*ſcytas.*
41	*Horſius*	*Hoſius.*
45	*nunc*	*& nunc.*
45	*immediare*	*immediatè.*
45	*manus*	*munus.*
47	*Rifinus*	*Rufinus.*
47	*dicermus*	*diceremus.*
49	*deus*	*duces.*
49	*præſcripſiſſe*	*præſcripſerint.*
49	*abdicaſſe*	*abdicauerint.*
50	*prçambulanres*	*præambulares.*
51	*qui non*	*qui cùm non.*
54	*chriſtianoram*	*chriſtianorum.*

59	*oopinione*	*opinione.*
61	*Imratores*	*Imperatores.*
64	*Ant.*	*An.*
70	*potect.*	*poteſt.*
73	*doteſtatem*	*poteſtatem.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FERRARIÆ,
Apud Victorium Baldinum. 1582.

BIBLIOTECA